Le VIIe d'avril mil 526, presentibus dominis quibus supra, scilicet Fruzaschi, admiralo, tribus presidibus, collaterali Sancti Martini, domino Polungerie.

Fuit disceptatum de negocio locumtenentis de Gros Pam et finaliter conclusum si poterit apponctuari, ut in dieta precedenti fuit dictum, mediante responsione alicuius marcatoris pro XL scutis, fiat. ||

De mercato Bubiane. Attento quod nobiles Luserne noluerunt tempore debito prosequi huiusmodi negocium nec exbursare peccunias, expediantur littere pro illis de Bubiana. f 6

Deinde fuit ordinatum collaterali de Publicis quod ipse et collateralis Cara procedant ad eis commissa circa querimonias subditorum ducalium cum oratore et commissario cesareo.

m) Corretto su magor *n) Segue* qi *cancellato.*

Fuit auditus Figuerol contra communitatem et particulares Thaurini, et responsum quod illi de communitate in crastinum se congregabunt et habebunt elligere duos aut tres pro dicto negocio decidendo.

De Cheriensibus se conquerentibus de litteris concessis Donato magistro postarum civitatis astensis, pro quibus doctor hispanus [o] patrocinium prestitit piso prius audito. Fiant littere de non molestetis occaxione supplicatorum per quindecim dies. ||

f 6v Iohannes Ludovicus de Cabalerio Leone fuit auditus circa gesta per ipsum in negocio represalliarum, et conclusum quod reddeat Vercellas pro satisfaciendo usque ad summam lanarum Scarelle; et fuit data licentia reddeundi ad lares proprios usque ad lune proximum.

16/9.

1526, aprile 7. Torino.

Dicta die, in aula inferiori castri Thaurini, presentibus Iohanne Ludovico ex dominis Caballerii Leonis et magnifico Martinno de Auserino.

Doctor hispanus, dominus Iacobus de Castillo, exposuit parte magnifici domini Lupi Hurtado ut domini [p] in observancia commissionis sue requirant ipsum parte illustrissimi domini ac illustrissime domine quathenus procedant ad sumptionem informacionum super damnis, iniuriis, extorsionibus, incendiis et aliis per milites cesareos in patria ducali factis. Quiquidem domini, premissis auditis,[q] nominibus prelibatorum || illustrissimorum ducum requisierant dictum oratorem, licet absentem, per tenorem instrumenti per me recepti ut ad sumptionem dictarum informationum procedere velit et iusserunt per me fieri litteras testimoniales, que eidem oratori per me presentate et exhibite fuerunt; qui attenta dicta requisitione se obtulit ad formam sue commissionis cesaree passare ad sumptionem dictarum informationum.

f 7

16/10.

1526, aprile 8. [Torino].

Le VIIIe d'avril 1526, presentibus in aula inferiori quibus supra.

Fuerunt vise littere domini Morette, presidis camere computorum et collateralis Gorrat circa relaxationem christianissimi regis quo remandentur domino.

Plus fuit disceptatum de [r] negocio comitis Crescentini, se conquerentis de litteris concessis cuidam eius subdito contra formam statuti ipsius loci et or-

o) Segue apro *cancellato.* *p) Segue* quod *cancellato.* *q) Segue* noib *cancellato.* *r) Segue* g *cancellato.*

dinatum quod, allegatis per eundem non obstantibus, ‖ etiam quod a tempore eius patris et alterius antecessoris fuit iam disceptatum super huiusmodi materia, quod illustrissimus dominus seu eius magnificum Consilium provideat in omnibus et per omnia per viam recursus. Alioquin illustrissimus dominus et sui successores equiperarentur ipsi comiti et aliis comittibus, nec posset appunctuare princeps, cuius officium est recurrentibus ad se providere. f 7v

Fuerunt vise littere domini de Drox et ordinatum, attento quod illi de Cargnano nolunt parere nisi habeant castellanum, quod fiant littere constitucionis eidem domino de Drox, durante beneplacito domini, cum potestate substituendi et expedite.

Venerunt illi de Monterotondo et de Montebello se conquerentes de militibus hispanis illuc existentibus. Alloquatur Chatel oratorem ut provideat erga capitaneum Aponte ut mandet illos discedere. ‖

16/11.

1526, aprile 9. [Torino].

Le IXe d'avril 1526, presentibus quibus supra. f 8

Fuit loqutum de negocio comitis Cresentini et, quia allegat suspectum dominum presidem Agaciam, fuit conclusum ad formam decreti non habere locum suspicionem nichilominus, ut omnis scrupulus tollatur, mandantur advocati partium hora XXa qui audientur, et postea provideatur.

De negocio et differentiis nobilium de Publicis contra communitatem quia nobiles fecerunt congregaciones in armis et pariter comunitas ipsa; pro scandalis vitandis, fuit ordinatum quod capitaneus iusticie illuc accedat pro inhibicionibus fiendis ne aliquid sinistri succedat et ut prohibeat partibus ne ad ulteriora procedere debeant, eo maxime quod illustrissima domina herina die ‖ requisit collateralem de Publiciis ut abstineri vellet a predicta congregacione. Qui nihilominus propter hoc non reliquit ad huiusmodi congregaciones procedere. f 8v

16/12.

1526, aprile 10. [Torino].

Le dixieme d'avril 1526, presentibus dominis Fruzaschi, tribus presidibus, Ianello de Provanis, collateralibus Roffia et Cara et iudice Montisregalis.

Fuit facta querela per communitatem Perusie et vallis de vicario abbatiali Pinerolii qui, auxilio illorum d'Exilles et Villareti, venit in certis locis dicti mandamenti et plures ex subditis ducalibus capi fecit et ad carceres abbaciales conduci, inibi detentos absque mandato ducali. Fiant littere de inthimetis sub pena reductionis bonorum suorum temporalium ad manus domini, ne habeat

ad ulteriora procedere, verum detentos relaxare; et quod scribatur illustrissimo domino nostro de premissis ad plenum; et pariter cappitaneis Vertiis et Janot quod faciant desistere suos a consimilibus actibus et alias prout in minuta in glacia existente. ||

f 9 Fuit auditus forrerius capitanei Aponte et quidam alius yspanus super insultu facto in loco Vici et ante portam Carazoni, quibus fuit responsum quod providebitur de iusticia.

Pariter quidam alius yspanus dicens se fratrem cuiusdam servitoris unius militis neapolitani Thaurini occisi, qui petit centum et quinquaginta scutos solis. Audita relacione dominorum collateralium Roffia et Cara ac secretarii Marruchi, qui debeant examinari cum domino Ozaschi, commictatur causa decidenda via iuris iudici criminalium et domino Iacobo Castillo.

De Anthonio de Nono intitulato de falsitate cuiusdam donationis. Auditis relationibus domini Paserii et Purpurati, videantur expleta et refferantur ut provideri possit super detentione an relaxatione ipsius et cetera.

16/13.

1526, aprile 10. [Torino].

Die decima aprilis 1526, presentibus dominis tribus presidibus, Bagnolii et collateralibus Roffia et Cara.

De insultu facto per nobiles de Publiciis contra communitatem; fuit ordinatum quod dominus Roffia accedat illuc pro informationibus sumendis cum collaterali Laciis ut provideri possit. ||

f 9v De yspano se dicente fratrem servitoris deffuncti in hospicio Falconi, cuius erat dominus unus miles neapolitanus. Auditis advocatis partium et quia nullum ius habebat, studeat appunctuare.

Preceptor Provana, dominus Romerius et duo alii de Cargnano se querelarunt de oneribus per eos supportatis occasione Sallucensium. Habito verbo cum illustrissima domina, providebitur.

16/14.

1526, aprile 10. [Torino].

Dicta die, presentibus quibus supra post prandium.

Quoad negocium Carignani, illustrissima domina precepit thesaurario Fauczon quod exburset eorum nunciis C $\overline{\text{v}}$.

De Iohanne Maria Bozio intitulato de homicidio. Actenta relatione dominorum presidum et quia casus fuit fortuitus, fiant littere de non molestetis.

16/15.

1526, aprile 11. [Torino].

Die XIa aprilis 1526, presentibus dominis tribus presidibus, admiralo Ianello Provana, Bagnolii, Cara, Villenove et Roffia.

De facto Publiciarum. Quia nunc fiunt nove congregationes, pro evitandis scandalis, accedant domini preses cismontanus et Philibertus de Sollerio cum amplia commissione. ||

De Apponte capitaneo cesareo. Quictavit mortem suorum servitorum; et quoad mobilia, quod restituantur infra duos menses et debeatur stare iuramento incolarum Vici aut ipsius. f 10

De cappitaneo Theodoro Bischetto. Fiat littera gratiosa et refferatur littere ordinatorie Urtado.

De forrerio Apponte sballizato Scarnaffixii. Examinentur testes et domina Blancha ut provideri possit.

De illis de Montecaprello et Ciglano occasione querelle Raphaelis et Caroli militum cesarei exercitus, se excusantium per procuratorem. Veniant personaliter.

De differentiis comitis Crescentini contra communitatem. Remictuntur ad cras.

Expediatur Iohannes Ludovicus de Caballerio Leone iturus Vercellas et exigantur pecunie Piperagni, ascendentes ad v̄ C, qui eidem cum aliis centum receptis per Rubat expediantur et detur ordo pro aliis centum. ||

16/16.

1526, aprile 12. [Torino].

Die XIIa aprilis 1526, presentibus dominis presidibus Agacia et Purpurato, admiralo, Bagnolii, Ruffia et Caquerano. f 10v

Fuit interpellatus r. Centoriis de exbursando LXX v̄ pro gratia alterius Centoriis dicti le Clon, cum comminatione quod in futurum pro consimili summa non evadet. Quod tamen facere recusavit.

De uxoricida Cassellarum. Quia Carracius vult colludere, sumantur uberiores informationes et apportentur vidende.

Michaelis Reynaudi Cohaz et sociorum, quorum compositio alias tractata coram domino extitit ad CXX v̄, nunc quictata pro CX v̄ propter neccessitatem, et annexentur littere testimoniales sub litteris gratie.

Fiant littere de non molestetis Baptiste Moniardo et Bartholomeo Bertholot per totum hunc mensem.

De Botallis de Volveria qui interfecit mulierem. Fiat gratia mediantibus XX v̄, facta relatione per Roffiam.

Scribatur Francisco Moniardo quod respondeat Mediolani pro represaliis Vc scutorum qui intrabuntur eidem super daciis Vercellarum.

De Iohanne Zampane intitulato de homicidiis. Facta relatione per Roffiam fiat gratia mediantibus XX v̄. || 5

f 11 De muliere de Azilio et aliis detentis Cunei. Accedat dominus collateralis Scallia si poterit, aut advocatus Caqueranus cum procuratore Vallimberto et si neuter vacare poterit, eat illuc iudex criminalium.

16/17. 10

1526, aprile 13. [Torino].

Die XIIIa aprilis 1526, presentibus dominis in aula inferiori castri Thaurini tribus presidibus, admiralo Rhodi, collateralibus de Publiciis et Roffia ac domino Bagnolii.

Deputati Montisregalis, scilicet Augustinus Ferrerii et miles Moros, exposuerunt ea que parte communitatis sibi iniucta fuerunt, tam de insultu facto in personam capitanei iusticie gubernatoris et procuratoris Christoforo, quam de seditionibus et inobedientiis presentialiter illuc regnantes et de exactione denariorum domine, que sinere fieri potest causis per eos allegatis, super quibus eis responsum extitit illustrissimum dominum nostrum de premissis non fore contentum, actento quod concernit maxime eius auctoritatem et quod in brevi providebit de denariis, quod hucusque consimilibus excusationibus frivolis usi sunt adeo quod nulla aut pauca exactio facta extitit, licet certo sciant pecunias per illustrissimam dominam super eius iocalibus mutuo captas in beneficium ipsorum fuisse expositas et quod intendit illas repetere et cetera. || 15 20 25

f 11v De Iohanne Francisco Dionisii et Bernardino Ferrerii de Fossano intitulatis de infractione salviguardie et storpiatione unius bovis. Audita relatione domini presidis Purpurati, mediante cautione de se[s] representando, iudicio sisti et iudicatum solvendo, de bove satisfaciendo et non offendendo et cetera, relaxentur. 30

Dominus Carolus de Drox exposuit se non posse satisfacere officio castellanie Cargnani, causante cappitaneatu et quod, deffectu officiarii aut unius commissarii, nulla habetur obedientia. Fiant littere commissionales Bernardino de Arborio cum clausulis et fortem fieri per dictum dominum de Drox in forma et scribatur domino illustrissimo de domino Iohanne Cambiani qui se offert dare de dicto officio prout alias faciebat illustrissime domine Blanche et centum florenos de pluri. 35

s) *Su correzione.*

De fratre condam Iacobi Probi qui vulneravit filium domini Galleacii de Caballerio Leone et facit congregaciones armatorum, de quo nemo vult sumere informationes. Sumantur per dominum Roffiam et procuratorem Christoforum et mandatur hostiario Consilii cismontani [t] Georgio quod eidem 5 Probi inhibeat sub pena aliquas in domo sua ultra solitum tenere habeat; quod et facit prout retulit. ||

De de Bosco de Cerveres, intitulato de raptu cuiusdam mulieris et verberasse castellanum exercendo officium. Nichil. f 12

De illis de Crescentino. Remictuntur ad cras post prandium coram illu-10 strissima domina nostra.

Vise fuerunt littere marchionis de Guasto in favorem Petri Luce de Flisco et ordinata responsio in terminis generalibus illustrissimam dominam ignorare quidquam contra eum sui favore, auxilio vel mandato fuisse actemptatum quem, contemplacione cesaree maiestatis et eius exercitus, commendatum su-15 scipiet et cetera.

Fuerunt facte littere de mandato illustrissime domine vicario rectoribus consulibus et communitati Cherii ne, propter exercitum cesaree maiestatis circa huiusmodi patriam existentem, ac pestem in hac patria in pluribus vigentem, ad aliquam congregationem gentium die festi sancti Georgii proxime 20 venturo procedere habeant in forma.

Et particulariter ipsi vicario et Laurentio de Tabussis ut se taliter exibeant quod huiusmodi congregatio non fiat et cetera. ||

De illis Bennarum, quorum bona sunt annexa patrimonio. Mandentur venire et detur eis occasio prosequendi relaxationem bonorum suorum. f 12v

25

16/18.

1526, aprile 14. [Torino].

Die XIIIIa aprilis 1526, presentibus in aula inferiori dominis tribus presidibus, admiralo Rhodi, collateralibus de Publiciis et Roffia ac domino Bagnolii.

Fuit disceptatum de querela Theodori Bischeti capitanei cesarei contra illos 30 de Monteregali et, inter ceteras, exceptiones fuerunt quinque: prima, captura fratris Sebastiani Bigloni caporalis; 2a, alia captura in loco Albe cum compositione cum commissario cesareo; 3a, quia delictum fuit patratum extra ditionem ducalem; 4a, quia dictus Theodorus huiusmodi recursum ad superiores cesarei exercitus contra dictum [u] commissarium; 5a, quia pro delicto alterius 35 non debet communitas plecti, et 6a, exhabundanti, quia in loco Mulazani et territorio retrostante domini Bennarum plurima cepit animalia ac innumeras fecit compositiones sine licentia superiorum. ||

t) Parzialmente su correzione; c *su* r *u) Su correzione.*

f 13 Tandem supervenit dominus Lupus Hurtado, cesareus orator, cum dicto capitaneo qui eius negocium exposuit et, rebus ac exceptionibus hinc inde sublimatis, accedat Mediolanum et Iohannes Ludovicus de Caballerio Leone expedietur cum litteris illustrissime domine et dicti oratoris huiusmodi materiam cum exceptionibus concernentes; que fuerunt expedite prosequuturus renovacionem represaliarum et soluturus reliquas querelas, super quibus [v] fuerunt concesse represallie et quod de hiis que comperientur, tam penes gubernatorem quam alios, sive sint equi sive alia mobilia, restituantur et infra mensem et convocati deputati Montisregalis.

Fuerunt omnia demonstrata ipsis deputatis Montisregalis, qui se excusarunt super pauca familia gubernatoris, que est principalis causa rebellionis, et quod, domino providente, ipsi facient omnes favores.

De negocio Apponte; mandetur commissarius pro informationibus sumendis tam super eo quam alio Bischeti et, ut orator consuluit, sumantur semper in consimilibus informationes ut possit iustifficari de innocentia contra petentem et de dampnis illatis; et fuit ad hoc deputatus B. Licia. ||

f 13v De negocio Crescentini; quia dominus preses cismontanus non vidit privillegia comitis hodie sibi solum exibita, remictuntur partes ad cras et, auditis advocatis, fiat relatio illustrissime domine ut iusticia ministrari possit.

De gratia Iohannini Zampane, de qua dominus Roffia conqueritur propter clausulam dummodo opem aut favorem prestiterit homicidium perpetrando; tollatur et solum apponatur clausula dummodo homicidium non fuerit tractate nec appensate perpetratum, aut alias quam supplicatur et excusatur et addatur alia clausula, mediantibus XXti scutis solis, et quod teneatur exibere quictanciam [z] compositionis, quam supplicat persolvisse domino Ludovico de Gallerate infra XV dies sub pena privationis gratie.

De querela domini Petri Luce de Flischo [a] occasione Messerani. Porrigat supplicationem et fiant littere de inhibeatis quicquam actemptari sive moliri citra iudicialem cognitionem contra eum nec eius subditos prout in minuta in glacia existente, ita etiam quod idem dominus Petrus Lucas per se nec suos aliquid in subditos ducales facere [b] habeat. ||

16/19.

1526, aprile 15. [Torino].

f 14 Le XVe d'avril 1526, in aula inferiori presentibus dominis tribus presidibus, admiralo Rhodii et domino Bagnolii ac collaterali Scallia.

v) *Segue parola cancellata, illeggibile.* z) *Segue* quam *cancellato.* a) *Segue* f *cancellato.* b) *Segue parola cancellata, illeggibile.*

Fuit factus sermo de insultu Dolliani facto per aliquos subditos ducales suasu quorundam montisferrinorum, astensium et sallucensium. Mandetur cappitanus iusticie cum maiori numero equorum eidem stabilito et prosequatur subditos ducales, si qui ipsi insultui interfuerunt nec non alios quoscumque qui aliqua retraxerant penes dominium ducale; que omnia restituantur adeo ut duces exercitus cognoscant premissa non processisse de mente illustrissime domine; et fuit commissum eidem cappitaneo ut iuret qui expeditiones fecit non habere pecunias nec sibi soluta fuisse stippendia et mandatum thesaurario Fauczoni [c] per dominam verbaliter, cui fuit facta rellacio ut ipse habeat ei aliquas peccunias expedire.

De negocio Publiciarum. Videatur modus componendi et ellaborandi ut congregaciones hinc inde facte evacuentur. ||

16/20.

1526, aprile 15. [Torino].

f 14v

Deinde, hora XXIIIIa, illustrissima domina iussit evocari dominos Fruzaschi, presides Agacia et Passerius ac dominum Bagnolii, quibus sui parte fuit declaratus recessis [d] oratoris cesarei ad illustrissimum dominum et consilium ipsius oratoris erga insultum Dolliani.

Scilicet quod scribatur ad plenum Iohanne Ludovico de eodem insultu et de ordine dato per illustrissimam dominam de cappitano mandato pro recuperandis omnibus eis que penes dominia ducalia comperientur ac procedendo contra subditos ducales si qui interfuerint; et scribantur littere credentiales marchioni dil Guasto, Anthonio de Leva et abbati de Nazera super eodem et fiat excusatio quod caporales erant alienigene astenses et Montisferrati ac custodie Carmagnolie prout in minutis. Et fuit expeditus, eodem contestu, correrius etiam ad illustrissimum dominum pro notifficacione recessus oratoris et illius insultus prout etiam in minutis.

Fuit commissum verbaliter per illustrissimam dominam domino collaterali Scallie quod vadat Ripollas et Avillianam ad repetendum le More et examinandum Philipum Felixii et accedat secum procurator Christoforo. ||

f 15

Ad gubernatorem Vercellarum.

c) *Aggiunto nell'interlineo.* d) *Così nel testo. Leggasi* recessus

17.

1526, aprile 16 - 1526, aprile 30.

REGISTRE DU CONSEIL

Ceptum XVIa aprilis 1526.
Fortune novercanti cedo.
Chatel.

17/1.

1526, aprile 16. [Torino].

Die XVI aprilis, de mane, in aula inferiori presentibus domino Fruzaschi, tribus presidibus, admiralo Rhodii, Bagnolii, de Publiciis, Roffia et Iohanne Francisco ex dominis Noni.

Fuit audita rellacio ipsius domini Iohannis Francisci de per eum ac dominum Philibertum de Sollerio gestis in loco Publiciarum et in effectu contendunt de honore super recessu ipsorum ad instar principum et tandem remissi post prandium pro aliqua conclusione capienda.

17/2.

1526, aprile 16. [Torino].

Dicta die hora XXIa in dicta aula, presentibus quibus supra ac domino Philiberto de Sollerio.

Fuit consultum super negocio insultus Doliani et ordinate littere ad gubernatorem Nycie capitaneum Arcis et iudicem maiorem ac communitatem Nycie, necnon capitaneum Sospitelli, quathenus quoscumque equos per eorum territoria et districtus transeuntes et in dicto loco depredatos una cum mobilibus per eos exportatis arrestare et detinere habeant, non relaxando donec aliud super hoc habuerint in mandatis et quod ipsi capitaneus cum communitate ipsum gubernatorem ad premissa exequenda fortem faciant et cetera. Que fuerunt expedite et mandate. ||

De negocio Publiciarum. Audita relacione dominorum Philiberti de Solario et Iohannis Francisci ex dominis Noni, fiant littere inhibitorie, ne habeant aliquid actemptare nec ad opera facti procedere, verum recedere et ad propria redire prout in minuta.

Fuit concessa gratia de Bosco mediantibus LX v̄ solis.

De Iohanne Francisco Dyonisio et eius socio. Quia nolunt respondere in forma iudicii, detineantur in domo vicarii Thaurini.

De Signeto intitulato de falsitate, qui relaxatus extitit. Domini presides dixerunt nescire de mandato cuius.

De Philipo Felixii detento Ripollis; quia dominus collateralis Roffia vadit cum procuratore Christoforo;[e] Publicias accedat cum collaterali Scallia dominus Fargiatorum et, ante quam examinetur[f] dictus Philipus Felixii, repetatur le Moro. ||

17/3.

1526, aprile 17. [Torino].

f 2

Die XVIIa predicti mensis aprilis 1526 post prandium, presentibus dominis Fruzaschi, tribus presidibus, admiralo Rhodi et Bagnolii.

Fuerunt vise littere Iohannis Ludovici de Caballerio Leone et ordinatum de novo scribendum Francisco Moniardo quod respondere faciat illos Vc v̄ Mediolani pro represaliis.

Plus eidem Iohanne Ludovico quod alloquatur superiores exercitus de militibus cesareis, qui degunt in locis Roscichi, Costanzanne, Pezane et Carezane, ut illos revocent.

Similiter de negocio Marcii Anthonii brodatoris[g] marchioni de Guasto et eidem Iohanni Ludovico.

De Chabotto detento, cuius gratia fuit tractata in presentia illustrissimi domini. Observetur ipsa gratia solvendo nunc XXX v̄ et infra festum sancti Michaelis alios triginta restantes.

Dominus preses Passerius retulit de quadam falsitate facta in litteris[h] absolutionis a iuramento[i] in Millesimo, que fuit producta in quodam processu ventillante inter Iacobum Darmelli et ..., de quibus iusserunt sumi informationes ut provideri possit. ||

f 2v

Scribatur domino de adventu Yspanorum in terris Vercellarum ut[l] allocatur oratorem cesareum et expediat cursorem ad Cesarem.

Contra Iohannem Ludovicum Garigleti de Castagnollis. Dominus preses Purpuratus retulit super falsa scriptura et littera missiva, quod causa est in expeditione ad ius. Si velit gratiam concluditur ad v̄ XXV solis.

Contra Bartholomeum filium Bernardi Go de Viconovo ob mortem Ogerii de Zoto. Dominus preses Purpuratus retulit. Fiat gratia mediantibus XXV v̄ solis.

Contra de Centoriis dictus le Clon de Vercellis. Fiat gratia mediantibus scutis solis LXXX.

e) Segue Visco *cancellato.* *f) Corretto su* repetatur *g) Su correzione.* *h) Corretto su* beneficio *i)* a iuramento *aggiunto nell'interlineo.* *l) Segue* domina *cancellato.*

Contra Anthonium Paglaciam et Simeonem Frexiam de Buscha. Dominus preses Purpuratus retulit supplicacionem ipsorum et conclusum quod sumantur informationes et ordinarius mictat iam sumptas, si quas habeat.

Contra quendam de Rua de Thaurino pro raptu unius fille in montibus Thaurini. Dominus preses Paserius retulit et dixit quod Licia seu Gaya debet habere informationes. || 5

f 3 Fuit retractata compositio illorum de Nolis, que prius fuerat arrestata de mense februarii ad XL $\overline{v}$ et, actento quod casus fuit fortuitus, reducta extitit ad XXXV $\overline{v}$ solis.

17/4. 10

1526, aprile 18. [Torino].

Die XVIIIa aprilis 1526, presentibus dominis tribus presidibus, admiralo Rhodi, Villenove, collateralibus Publiciarum, Roffia et Scallia ac domino Bagnolii.

Fuit disceptatum de negocio Publiciarum ad fines appunctuandi et, auditis nobilibus et collateralibus ac domino Villenove et Iohanne Francisco ex dominis Noni, nichil fuit resolutum sed remissum post prandium. 15

Magnificus dominus preses patrimonialis retulit iura domini prepositi Agacie circa prepositatum, sive plebaniam, Bricheraschi et ordinate littere forciores et cum manu forti si opus sit. 20

17/5.

1526, aprile 18. [Torino].

Dicta die post prandium, audito insultu de novo facto per congregatos in loco Publiciarum, fuerunt ordinate littere inhibitorie et mandate per Griocctam. || 25

17/6.

1526, aprile 19. [Torino].

f 3v Die XIXa aprilis 1526, de mane, in aula inferiori presentibus dominis Fruzaschi, admiralo, tribus [m] presidibus, collateralibus de Publiciis et Scallia ac domino Bagnolii. 30

Illi de Cherio conquesti sunt de litteris domine eisdem directis de non se congregando in solempnitate festi sancti Georgii, quibus fuit relatum causas et motus propter que illustrissima domina se movit rescribere ipsas litteras, primo propter tumultus bellicos et milites circa huiusmodi patriam existentes,

m) *Su correzione.* 35

tum propter pestem in pluribus locis vigentem, etiam ne propter talem congregationem succedat aliquod scandallum.

Qui replicarunt quod nullum scandallum ex hoc eveniet, quodque annis quibus dicta solempnitas celebrata extitit in eodem loco fuerunt preservati a peste et tempestate, reliquis [n] vero annis non; supplicando, actento quod maior pars communitatis hoc supplicat, sibi hoc concedi nec eorum consuetudinibus privari.

Relato domine, fiat responsio. ||

f 4 De negocio Crescentini; mandentur advocati partium ad post prandium et audientur. Deinde referetur illustrissime domine.

De Philipo Felixii detento. Accedat dominus collateralis Scallia aut dominus Emillianus de Sandilliano cum altero procuratorum fiscalium ad repetendum le Moro et examinandum Philipum Felixii; deinde ipsum confrontandum cum eodem Moro, necnon exequendi faciendo ipsum Moro, facta prius repetitione et confrontatione, citatis aliis per ipsum accusatis, ipsum repeti visurum et fiant commissiones.

17/7.

1526, aprile 19. [Torino].

Dicta die, post prandium, in dicta aula presentibus quibus supra necnon domino preside Scaravel, Philiberto de Solario et Balbi.

Deputati Cargnani conquesti sunt non habere castellanum et hoc pretextu nullam aut paucam habere obedientiam. Superioribus diebus fuit scriptum domino, a quo prestolatur responsio, qua habita, providebitur.

Et retulit thesaurarius Fauczon quod dominus Iohannes Balbi de Avillana intendit exercere ipsum officium. ||

f 4v Super querela illorum Peruxie et vallis occasione detentorum pro crimine heresis, qui fuerunt remissi officiariis abbatis Pinerolii per pedites d'Exilles et du Villaret. Audito inquisitore fidei, scribatur vicario abbatiali quod pro restauratione iurisditionis ducalis mandet restitui detentos in loco in quo fuerunt capti et deinde remictantur castellano Peruxie tute detinendi. Et hoc facto, procedetur contra eos ad formam indulti per summum pontificem illustrissimo domino concessi; quod si non fecerit, procedatur ad reductionem bonorum suorum ad manus domini et alias prout in minuta.

De facto Publiciarum. Audita relacione domini Philiberti de Sollario, dicentis se nichil conclusisse propter variationem soldatorum parte comunitatis congregatorum et quia alter servitorum collateralis de Publiciis retulit ipsos cum aliis in castro existentibus esse in conflictu, fuerunt decrete littere inhi-

n) *Su correzione.*

bitorie ne non procedendo ad opera facti quum imo habeant redire ad propria sub pena patibuli, rebellionis, indignationis domini et confiscationis bonorum; que fuerunt expedite Griotte et Tubicerie thaurinenses exequende. ||

f 5 Et conclusum quod, si noluerint parere, procedatur via militari et armata ad ipsos expellendos et si aliqui capiantur, suspendantur et si comode capi non possint, hostiliter interficiantur, adeo ut auctoritas domini illesa remaneat et ceteris cedat in exemplum; domino Philiberto de Sollario ad id exequendum deputato.

De memoriali oblato parte gubernatoris Astensis in favorem monalium ordinis cisterciensis extra menia civitatis Astensis contra illos de Podevarino. Vocabuntur aliqui de eodem loco et, illis auditis, providebitur.

De Cheriensibus se conquerentibus non habere clavarium quia ille qui tenet ipsum officium est deputatus, eius vita durante. Mandetur sibi quod habeat exercere aut idoneum sui loco in eodem commictetur. Quoad solempnitatem congregationis solite fieri in festo sancti Georgi, illustrissima domina illuc mandabit dominum Bagnolii qui, auditis nobilibus et consiliariis ac incolis ipsius loci, providebit eis. Si fieri possit sine scandalo fiat, sin autem differatur. ||

f 5v De gratia illorum de Vischis, que fuerat per dominos arrestata ad V̄ solis XXX. Fuit certis bonis respectibus reducta ad ... Quia Baptista Moniardus et Berthollottus nondum levari fecerunt litteras de molestetis, fiant per quindecim dies, die date litterarum incohandos.

De Philippo Felixii. Accedat dominus Emilianus et illum examinet; postea ipsum et ceteros inculpatos citet ad locum Avilliane, visurus repeti le Moro et ducatur ipse Philippus [o] ad locum Avillanne mediante cautione duorum millium scutorum et condigna custodia ut videat repetere dictum Moro et cum eo confrontetur. Deinde exequatur et suspendatur. Dictus vero Felix ad locum Ripollarum adducatur,[p] ibidem detinendus donec dominus aliter provideat; et vadat cum dicto domino Emiliano procurator Licia. ||

17/8.

1526, aprile 20. Torino.

f 6 Die XXa aprilis 1526, presentibus in aula inferiori castri Thaurini dominis Fruzaschi, Agacia, Passerio, Purpurato et Scaravello necnon collateralibus de Publiciis, Scallia et Balbo.

Fuit longo tempore disceptatum de negocio communitatis Crescentini contra comitem, occasione detentionis Bartholomei de Ferrariis et Francisci de Giano intitulatorum de periurio et auditis dominis Scaravel et Balbo advocatis

o) *Corretto su* redeat p) *Su correzione.*

partium visoque statuto per comitem pro iustificatione sui iuris producto nec non aliis iuribus ipsarum partium, fuit per omnes dictos dominos illic congregatos, preside Agacia propter suspicionem allegatam se moto, conclusum, actento quod rescripta ipsis detentis per viam recursus concessa superioritatem principis concernunt et sunt iuste et sancte [q] emanata, debeant exequi et observari; nichillominus fiant littere ipsi comiti, per quas dominus declaret noluisse nec velle derogare iurisdicione et binis cognitionibus ipsius comitis per concessionem dictorum rescriptorum.

Item proposuit dictus dominus Balbus quod longa detentio dictorum detentorum fuit culpa ipsorum, qui non habuerunt recursum ad dictum comitem minusque petierunt se relaxari mediante deposito vel cautione idonea. Quod si fecissent, comes ipse liberaliter eosdem relaxari mandasset. ||

Cui fuit responsum quod, concesso quod non petierint prout nec apparet ex actis se relaxari mediante deposito vel cautione prout debebant, actento quod comes idem magnifico Senatui non signifficavit, in principio debet sibi imputari cum ex post fuerit per eos petitum et vigore dictorum rescriptorum requisitum. Etiam quod non erat locus detentionis maxime quoad unum; nichillominus fiat sermo ipsis de Crescentino quod non debebant recurrere ad principem nisi prius requisito comite aut iusdicente.

De clavario Thaurini. Fiant littere confirmatorie per annum die finiti termini incohatum.

De monialibus Astensibus. Mandent aliquem parte ipsorum et domini studebunt appunctuare.

De clavario Cherii. Quia quidam ex nobilibus de Pruniellis habet ad vitam dictum officium, inthimetur illi ut illud habeat exercere aut idoneum ad id deputare cum comminatione quod alias dominus providebit. ||

De gratia illorum de Vischis; fuit retractata ad viginti scutos.

De supplicacione illius de Cherio petentis gratiam. Apportet informationes et providebitur.

17/9.

1526, aprile 21. [Torino].

Die XXIa aprilis illustrissima domina iussit michi non signare litteras per magnificos dominos heri congregatos super differentiis comitis et comunitatis Crescentini; fieri mandatum donec alloquuto preside Passerio.

Deinde, sumpto prandio, dominus Fruzaschi et preses Paserius retulerunt omnia heri in dicto negocio Crescentini gesta. Nichil tamen inde conclusum extitit.

q) *Segue* concessa *cancellato.*

17/10.

1526, aprile 22. [Torino].

Die XXIIa aprilis 1526, in orto coram illustrissima domina, presentibus dominis Fruzaschi, presidibus Agacia, Passerio, Bagnolii,[r] Roffia et Scallia.

Fuit loquutum de negocio Messerani, pro quo reverendissimus dominus cardinalis Ypporediensis scripsit illustrissime domine; et conclusum scribendum parte ipsius illustrissime domine marchioni de Guasto quod dominus Petrus Lucas de Flisco edoceat de iuribus suis et dominus Candelli etiam exhibebit sua et illustrissima domina cum oratore cesareo studebit appunctuare et alias prout in minuta. ||

f 7v Fuit responsum ipsi cardinali et etiam circa solutionem illorum de Romano pro Yspanis prout in minuta.

Fuit visa littera advocati Caquerani circa mulierem de Azilio et hominem detentum Cunei et ordinatum quod fiant littere ipsi advocato, procuratori Vallimberto et vicario quod iusticiam ministrent et fiant littere missive eiusdem tenoris.

Mandetur Licia Montem Regalem pro negociis Apponte et Bischeti.

De solempnitate cheriensi. Mandetur dominus Bagnolii ut, intellecta voluntate habitancium, si fieri possit et ipsi velint, dummodo scandallum non subsequatur, fiat; sin autem studeat interrompere.

Mandetur Bardesar de Bruno iturus Fossanum cum XXIIII hominibus quos communitas, ut dixit dominus preses Passerius, persolvet.

Collateralis Roffia retulit gesta per eum in negocio plebanie Bricheraxii et fuit dictum esse scribendum domino Ozaschi ut veniat illico ad dominam. ||

17/11.

1526, aprile 23. [Torino].

f 8 Die XXIIIa aprilis 1526, presentibus in camera illustrissime domine et in eius conspectu domino Fruzaschi, tribus presidibus, admiralo Rhodi et Roffia ac Philiberto de Sollario.

Illustrissima domina retulit contenta in quibusdam litteris missivis per reverendum abbatem Nazare domino Lupo Hurtado scriptis circa milites yspanos a ducatu Mediolani exeuntes et Montemferratum petentes; et fuit conclusum non debere scribere marchioni de Guasto donec ad adventum Iohannis Ludovici de Caballerio Leone.

r) *Segue* et *cancellato.*

De monialibus Astensibus. Veniat aliquis parte ipsarum et appunctuabitur.

De Francisco Moniardo se conquerenti de exoneratione per dominam super daciis Vercellarum facta et petit aliam fieri super thesaurario Fauzono de summa Vc v̄. Fiat, et Fauzonus faciet litteram allocandi.

De supplicatione Philipi Felixii detenti Ripolis. Commictitur causa domino collaterali Scallie et Emiliano de Sandilliano, ita quod in procedendo alter ipsorum sufficiat et in sermonando aut interloquendo ambo debeant interesse; et mandetur domino copia confrontationis et monitorii ut rite procedatur. || f 8v

Fuit ordinatum quod Licia accedat ad locum Montisregalis pro sumendis informationibus negociorum d'Apponte et Bischeti et fiant littere inhibitorie ne aliqui habeant servire cuique in armis sine iussu et licentia domini et redire habeant ad propria.

De negocio Crescentini. Illustrissima domina iussit litteras per communitatem obtentas fore Chatel remictendas et per eum custodiendas et hoc facto comes, cui scribit, detentos relaxabit.

17/12.

1526, aprile 24. Torino.

Die XXIIII aprilis 1526, presentibus in aula inferiori castri Thaurini dominis Fruzaschi, tribus presidibus, collateralibus de Publiciis et Roffia, Bagnolii et advocato Fazeolii.

Dominus Iohannes Ludovicus de Caballerio Leone retulit gesta per eum Mediolani circa represarias et qualiter omnia sibi imposita exequutus est. Restant ad solvendum Vc v̄ respondendi per Moniardum Mediolani, cui rescribatur ne fiat deffectus et respondeatur infra lune proximum, videlicet tricenti pro domino Anghiliberto et ducenti pro Petro de Brachamonte capitaneo iusticie.

Retulit insuper querelas quas marchio de Guasto et ceteri exercitus superiores faciunt contra illos de Monteregali, Fossano et aliis locis circumvicinis occasione obsidionis Centali et sballizationis Dolliani, ex quo minantur dicta loca estque dubitandum ne, horum pretextu, quicquam sinistri eveniat. || f 9

De facto Publiciarum. Quia dictum illi communitatis aliquid moliuntur contra nobiles et dominos ipsius loci, fiant littere inhibitorie sub pena centum marcharum argenti et indignationis domini ne habeant receptare aliquos exteros nec se in armis congregare et minus arma preter ensem defferre; verum portas appertas teneant et obstacula amoveant et deputetur commissarius dominus Roffia cum ... qui debeant sumere informationes Senatui deferende.

De Sancto Romano servitore domini Borbonii detento per castellanum Montiscallerii occasione homicidii per eum perpetrati in personam cuiusdam

parfranerii. Accedat aliquis ad eum ad fines mictendi dicto domino Borbonii aliquem fidum pro eidem dicendo nonnulla importantia ut scripsit domino presidi Passerio; et quod custodiatur donec ad adventum dicti domini Borbonii, eius voluntate remictendus.

Dominus Heyriaci, gubernator Montisregalis, proposuit se fuisse per illustrissimos duces mandatum iturum Augustam et declaravit seditiones in ipso loco Montisregalis et districtus ortas, congregationes in armis dictum factas; ut provideri possit cum, ipso absente, nullus illic remaneat pro iusticia ministranda ex eo quia iudex prima maii debet intrare officium Cunei ad quod fuit electus; et fuit conclusum, ne locus remaneat || (f 9v) sine officiario, quod scribatur eidem iudici quod, adepta possessione iudicature Cunei, dimictat unum locumtenentem pro sindicatu alterius iudicis fiendo et interim non derelinquat Montemregalem donec ad adventum alterius iudicis, ne aliquod scandallum subsequatur.

Fuerunt vise littere vicarii abbatialis Pinerolii circa detentos de Peruxia et valle pro crimine heresis qui, confessi sectam pauperum de Lugduno, fuerunt absoluti et relaxati.

Et quoad alios per ipsum ex post captos, fiant littere parte vicarii archiepiscopalis Thaurinensis commissarii appostolici ad id deputati inhibitorie, ne preter formam indulti ad inquisitionem procedere habeatur.

De Anthonio Becho, se conquerenti de vexatione quam Bardesar de Cathena sibi facit pro summa V̄ VIc, dicto Bardisare dicente velle stare iuramento ipsius Bechi quod sibi pollicitus est solvere et ipsum vigore dicte promissionis hucusque prestolasse. Remictitur ad cras ad iurandum; et ex post dictus de Cathena dixit se velle probare, ex quo in futurum non poterit defferre iuramentum ipsi Becho. ||

17/13.

1526, aprile 25. [Torino].

(f 10) Die XXVa eiusdem 1526, presentibus domino Fruzaschi, admiralo Rhodii, tribus presidibus, Bagnolii, Iannello Provana, Roffia et Heyriaci.

De negocio Sancti Romani detenti in loco Montiscallerii pro homicidio perpetrato in personam pallafernerii domini Borboni, nihil conclusum extitit, nisi eum fortius detinendum.

Supervenerunt nonnulli dicentes Hispanos velle invadere civitatem Montisregalis et locum Fossani, certasque banderias ipsorum Centallum reppetisse ac alios Cheiraschi et Bra, super dominiis ducalibus cucurrisse animaliaque depredasse; de quibus fuit conclusum oratorem cesareum fore advertendum, qui rescribere habebit marchioni del Guasto Anthonio de Leva et abbati de Nazera, superioribus exercitus et providere habeant tam super dictis incursionibus

quam etiam super minis ipsorum Yspanorum de hospitantibus super patria ducali factis.

Scribatur etiam capitaneo Aponte commissario equestrium ut e suo latere ellaboret ut tales incursiones et depredationes cessent nec aliquos ex ipsis in patria ducali hospitari ultra mandata ducalia permittat; et fuerunt expediti nuncii; et fiant similes littere parte illustrissimi domini rellative illius oratoris. ||

17/14.

1526, aprile 26. [Torino].

Die XXVIa aprilis 1526, presentibus coram illustrissima domina et in eius camera domino Fruzaschi, admiralo, tribus presidibus, gubernatore Montisregalis, Roffya et Valimberto. (f 10v)

Illi de Clavaxio dixerunt soldatos hispanos moltotiens illuc venire et in apothecis mercatorum merchantias capere, illasque ad libitum persolvere infinitasque minas de illic hospitando inferre, de quibus fuit ordinatum oratorem cesareum fore advisandum qui alloquatur cappitaneum don Anthonium in domo sua existentem locumtenentem cappitanei Barreghan, ad fines intelligendi mentes ipsorum dictorum soldatorum qui illo colloquuti, retulit non esse locum querelle, cum nullam habeant commissionem illuc hospitandi. Fuitque ipsis de Clavaxio lune consultum quod ipsos Hispanos habeant perbenigne tractare ipsosque in numero minori quo fieri poterit recipere ne oriatur aliquod scandalum vel interceptio opidi debeantque muros || maiorem partem portarum claudere excubiasque necessarias facere. (f 11)

Supervenerunt littere illorum de Fossano se dubitantes quod illi sexcentum pedites, qui istich transierunt pro succurrendo castrum Centalli una cum illis de Bra et[s] Clarasco, aliquid in eos[t] molientur. Quibus fuit responsum prout in minuta.

De negocio Bischeti. Fuit conclusum et per illustrissimam dominam ordinatum quod gubernator Montisregalis teneatur dimittere in presenti civitate equos per ipsum emptos ex furto per fratrem Sebastianum Billionum perpetrato ipsi se conquerentes dicentesque de ipsis ultra summam centum et XX scutorum persolvisse ipsa illustrissima domina, nichilominus illos remitti mandando, dicta excusacione[u] non obstante. Tamen faciet ipsa illustrissima domina quod eis satisfiat de summa per eum exbursata. ||

Item fuit ordinatum Iohannem Ludovicum de Caballerio Leone iturum cappitaneum Aponte pro negocio Fossani. Nichilominus ex post, suasu oratoris cesarei, fuit conclusum ipsum debere expectare adventum cursorum destinatorum Mediolani et adventum Aponte. (f 11v)

s) *Segue* chi *cancellato.* t) *Segue* non *nell'interlineo, cancellato.* u) *Segue* mediante *cancellato.*

De negocio illorum Peruxie noviter detentorum. Fiant littere reductionis bonorum temporalium ad manus domini et advertatur dominus.

17/15.

1526, aprile 27. [Torino].

Die XXVIIa aprilis 1526, presentibus dominis Fruczaschi et Bagnolii. 5

Fuerunt vise littere domini Raconixii et consultum quod orator cesareus scribat Marcho Anthonio Galliciano et Cesari Gargano illic [v] hospitatis ut recedere habeant, cum sit contra mentem et mandata cesaree maiestatis et ordinationes superiorum.

Et id idem parte illustrissime domine actum extitit et mandatus nuncius. 10

De religiosis persuinatis sballizatis inter Cuneum et Vinay. Dominus preses Passerius dicit mandasse et interim provideatur iuxta iussa per illustrissimam dominam de hospiciis ipsis religiosis. ||

f 12 Dicta die domini presides Agacia, Purpuratus et alii domini iusserunt quod sumantur informaciones super compositionibus factis per vicarium abbatialem [z] 15 Pinerolii et inquisitorem fidei, in quibus illustrissimus dominus noster defraudatur de quarto denario, ut sua excellentia melius informari possit.

17/16.

1526, aprile 28. [Torino].

Die XXVIIIa aprilis 1526, presentibus dominis Fruzaschi et admiralo, pre- 20 sidibus Agacia, Purpurato, collateralibus Ruffia, de Pubbliciis.

Fuerunt ordinate littere parte illustrissime domine marchioni dil Guasto super intercessu Raconixii per soldatos ytallianos, ut provideat super eorum recessu.

Plus fuerunt vise littere cappitaneorum Marchi Anthonii Galiciani et Ce- 25 saris Gargani, studentium se stare in loco Raconixii pro serviciis cesaree maiestatis et expectare mandatum marchionis dil Guasto, cui fuit itterato scriptum super Iohanne Ludovico de Caballerio Leone. ||

f 12v Illi de Cargnano conquesti sunt non habere officiarium et ob hoc nullam esse obedientiam in dicto loco, petendo sibi de aliquo provideri, saltem de uno 30 commissario durante beneplacito domini.

Fiant littere commissionales et dimittatur nomen in albo, ita quod teneatur reddere computum in manibus generalis et alias prout in minuta.

v) *Corretto su* illuc z) *Segue* et *cancellato.*

Fuit loqutum de tribus detentis in Sancto Germano et ordinate littere patentes preposito Sacheto dirrective, per quas mandatur contra ipsos procedi et de eis iusticiam ministrari. Advertat tamen, ne iura domini defraudentur, quod examinentur de complicibus ut in futurum constare possit.

5 De gratia Piri Combe et Anthonii Croli de Rippolis, in qua venerabilis procurator Vechi apposuerat loco de quimque quibuscumque; fuit ordinatum gratiam fieri mediantibus L V̄ || pro ipsis duobus et quinque eorum complicibus, dummodo aliqua vulnera non intulerint. f 13

Dicta [a] die supervenit cursor ex Mediolano reddiens, qui parum aut nichil 10 operatus est consuluitque orator dominum esse advertendum. Quod factum extitit.

Contra Sebastianum et Iohannem de Flocardis de Callierio, intitulatos de morte Andree Chalveti de Bargis. Audita relatione collateralis Ruffye, videantur informationes per Purpuratum.

15 Contra [b] ... de Villafalletorum. Audita relacione domini Purpurati, sumantur informationes de facultate intitulati et videatur quantum voluerit dare. ||

17/17.

1526, aprile 29. [Torino].

Die XXIXa aprilis 1526, presentibus in aula inferiori domino Fruzaschi, 20 admiralo Rhodii, Iohannello Provana, tribus presidibus, collateralibus Publiciarum, Ruffia et Scallia. f 13v

Fuerunt vise littere superiorum cesarei exercitus. Nihil responsum super eis que illustrissima domina eis scripserat in se continentur et quia orator cesareus consuluit mandare alterum ex servitoribus suis Mediolani pro responso 25 habendo.

Fuit consultum illustrissimam dominam debere scribere ipsis superioribus et abbati Nazare in bona forma, se remittendo litteris ipsius oratoris; fuitque per eum visa minuta ipsarum litterarum ante expedicionem ipsarum.

Fuit ordinatum scribere Iohanni Ludovico de Caballerio Leone quod ac- 30 cedat Savillianum horteturque communitatem ne ad arma prosiliat occasione Itallorum in Raconixio existentium. ||

Scribatur comunitati Savilliani super eodem Iohanne Ludovico et mittantur patentes prohibitorie congregacionis et armorum. f 14

Mandetur preceptor Noni iturus Ianuam ad recipiendum ducem Borboni.

35 Scribatur cappitaneis Itallorum Raconixii existentibus pro restitucione animalium per ipsos depredatos generali Bave.

a) *Precede* Dicta *cancellato.* b) *Precede* Contra particulares rio *cancellato.*

Orator requisit illustrissimam dominam rescribere domino Sancti Ursi pro relaxatione cuiusdam filie ad sollicitationem egregii de ecclesia.

Dicta die fuit retractata composicio duorum de Rippolis et quinque eorum complicum et, mediantibus decem scutis de pluri, tollatur illa clausula dummodo aliquod vulnus non intulerint eo quia supervixit circa duos menses et sunt hii complices Thomas Croti filius Dominici, Anthonius Cravoti filius Michaelis, Iohannes Capellerii filius Guillelmi, Anthonius de Aymone condam Sebastiani, Vitus Comba condam Micheleti. ||

f 14v Illi de Cargnano conquesti sunt de thesaurario Fauzon nolenti exbursare ducentum scutos eisdem per ipsum Fauzon per illustrissimum dominum soliv mandatos,[c] cui fuit dictum quod illico persolvat, ne aliquod subsequatur scandalum.

17/18.

1526, aprile 30. [Torino].

Die ultima aprilis 1526, presentibus tribus presidibus, collateralibus[d] Publiciarum, Scallia et Ruffia.

Fuerunt vise littere domine, per quas mandat dominum Fruzaschi ad se iturum et ducturum equos pro ipso et eius comittiva.

Deinde fuerunt vise littere Gasparis Licie, per quas scribit se fecisse et fieri prohibitiones armorum et congregationum; nichilominus, occaxione raptus animalium per illos italos e Centallo reddeuntes, tota patria in armis fervet petitque ut provideatur. Super quibus ordinatum extitit expectare || adventum domini, qui cras hic est venturus et etiam pro expedicione preceptoris Noni ad dominum Borboni. (f 15)

Poterit etiam mandari Barril Mediolanum pro habenda veritate gestorum per comitem contra exercitum cesareum, cum impositum sit tam modicum damnum quam refferunt fuisse factum.

Orator expedivit eius magistrum hospicii ad ipsum locum Mediolani pro responsione obtinenda et provisione pro recessu peditum in Raconixio existentium.

Dicta die, hora vespertina, dominus preses Paserius mandavit ad illustrissimam dominam quandam litteram eidem scriptam per Iohannem Ludovicum de Cabalerio Leone, assassinagia et furta per Italos Raconixii existentes || in loco Genolie in se continentes; et quia aliunde fuit provisum, et dirrecte littere tam patentes quam missive ipsi Iohanni Ludovico pro prohibitionibus fiendis, prestolabitur advocatus domini. Fuerunt ordinate littere in cudorem monetarum pro Baptista Gambani ad requisitionem domini Fruzaschi et Bagnolii. || (f 15v)

c) *Segue* qui *cancellato.* d) *Su correzione.*

18 5.

Legre de conseil

Septimu quarta may 1526

fortune nomerant eodo.

Chatel

Inventario Genl de

619.
1.

Registro 18. Frontespizio.

XXa aprilis 1526. f 6a

In Consilio ducali supremo in quo aderant magnifici domini Bertholinus de Montebello comes Fruczaschi, Hieronimus Agacia preses Consilii residentis Iaffredus Paserii preses provincie, Iohanne Franciscus Scaravelli, preses patrimonii cismontanus, Philippus Provana admiralus religionis hierosolimitane, Aymo de Publicis primus collateralis Consilii residentis et Nycolaus Balbus collateralis Consilii Thaurini.

Fuit visa missiva gubernatoris Montisregalis de pace habita inter cives eiusdem loci, petentis ipsos liberari de non veniendo. Scribatur domino et mandentur littere per ipsum scripte eidem illustrissime domine et magnifico domino cancellario et interim prorogetur terminus usque ad XVam huius. Quoad detentum, admictatur ad aliquam condignam compositionem de pecuniis domine. Procedatur, et quanto citius fieri poterit, ad exactionem.

Petrus de Berthino fuit condempnatus in XXV v̄ solvendos infra XV dies; alias bampnitur per IIIIor annos et quathenus redeat in patriam fustigetur.[m]

h) de ... Regali *aggiunto con postilla alla fine della ‹conclusio›*. i) *Corretto sopra* quibus l) *Segue* offert XXaut XXV; sunt IIIIor anni quibus fuit commissum *cancellato*. m) *Segue* Anthonius *cancellato*.

Anthonius de Pugliaco fuit condempnatus in XXV scutis. Spectat illustrissime domine quia de Montecaprello. ||

f 7v De Bartholomeo Seoldi teste variante et detento in castro Lancei. Adducatur ut veritas cernatur.

De Berthino Mole, intitulato de homicidio in rixa, cuius fuit promotor deffunctus. Videbitur quid offert.

De Ludovico de Gandiglis, intitulato de assistentia homicidii perpetrati per Iohannem Vagnonum. Videantur informationes ut provideri possit.

De domino Panthaleone de Septimo Victono. Procedatur contra eum per iudicem criminalem.

Fuerunt vise instructiones comitis Crescentini et reparate iuxta mandatum domini prout in minuta existenti in liassia.

De tribus detentis de Cargnano, qui offerunt C v̄; nihil fuit conclusum, donec facta obligacione mille scutorum, que differretur si huiusmodi tractaretur, cum aliqui ipsorum fuerint nominati in informationibus et comprehendantur in gratia. ||

20/11.

1530, agosto 9. [Torino].

f 8 Die IXa augusti 1530, presentibus domino cancellario, presidibus Paserio et patrimoniali, Chaberto ex dominis Scallengiarum et collaterali de Publiciis.

De differentiis Mazadii et Rondizoni. Mandetur Licia et cum procuratore domine marchionisse, quod tentet compescere et sumat informationes; quibus visis, destinabitur aliquis ad dictam dominam marchionissam ut dehinc aliquod medium pacis interponatur.

De mutuis fiendis super redditibus domini, que dabuntur in vendicionem communitatibus ad rationem quatuor aut quinque pro quolibet centenario.[n] Alloquantur hii huius civitatis et exhortentur mutuare III an IIIIor millia scutorum super redditibus molendinorum et quod fient littere per dominum et interinabuntur in Camera computorum et quod policeatur eis quod qui imponentur per eos mandabuntur[o] exequutioni.

De pascuinis et diffamatoribus mulierum; si possint haberi, procedatur contra eos et transducantur Avillianie aut Ripolis; deinde ministretur iusticia.

Fuit visa supplicatio nobilis Camilli de Romagniano et ordinatum quod, ipso comparente et tenente arrestum per civitatem, iuxta ordinationem domini et cavente ad penam statuendam, sumantur informationes et providebitur. ||

n) *Seguono* primo *ed altra parola illeggibile, cancellate.* o) *Su correzione.*

Fuit visa supplicatio Iohannis Petri filii Sebastiani Piaze [p] hospitis Bugelle, intitulati de morte Iacobi de Bonino, qui petit gratiam et offert L v̄ solis. Si velit quod gratia fiat [q] iuxta informationes relatas per advocatum, fiet. f 8v

20/12.

5 1530, agosto 12. [Torino].

Die XIIa augusti 1530, presentibus dominis cancellario, comite Fruzaschi, presidibus Pedemontium et patrimoniali, Chaberto ex dominis Scalengiarum, domino de Mexieres, gubernatore Vercellarum et Roffia, advocato Caquerano et iudice criminalium.

10 Fuit loquutum [r] de domino Ioseph ex dominis Ayrasche, intitulato verberasse unum servientem et plura verba protulisse contra principem. Actenta eius iuventute, quia non excedit XVIIIum annum, et [s] fuit obediens, etiam quia serviens predictus non exequebatur litteras nec scutellum armorum domini, defferebat [t] ad XXX v̄.

15 De filiis domini Berthollini d'Ast, petentibus gratiam pro omnibus existentibus in homicidio, quorum alter fratrum detinetur in castro Vercellarum. Differtur donec habita responsione a domino, cui iam scriptum fuit.

De ... qui petit interinationem gratie per eum obtente, quam domini Consilii Thaurini renuerunt interinare donec satisfacto parti lese. Actenta paupertate, fiat interinatio. ||
20

De illis de Cargnano. Lapso primo termino, compellantur ad solutionem ne deperdatur et cetera. f 9

De domino Panthaleone de Septimo Vitono, intitulato cognovisse sororem et habuisse ex ea duas filias et etiam tractasse de homicidio perpetrato [u] in alium
25 nobilem ipsius loci. Fuerunt auditi advocatus Caqueranus et iudex criminalium. Fuit conclusum quod revideant processus ut refferant quid agendum et qua pena debeat pugniri.

De Bernardo filio Glaudii Bellini, intitulato de incestu. Offert XX v̄. Fiat gratia.

30 De monetis. Evocentur cras magistri generalis et particularis ac garde [v] essayatores et controrollatores monetarum, necnon mercatores, bancherii ac alii in hiis experti ad horam decimam octavam.

Janot de Stra.

Maccamig.

35 Bernazey.

p) *Corretto su* Piocze q) *Segue* per *cancellato.* r) *Su correzione.* s) *Segue* etiam *cancellato.* t) *Corretto su* petent componi u) *Su correzione.* v) *Segue* et *cancellato.*

Darmel.
Iheronimus Sardin[z] lucquois.
Spinolla.
Zoallio. ||

20/13.

1530, agosto 13. [Torino].

f 9v XIIIa augusti 1530, presentibus dominis canzellario, comite Fruczaschi, preside Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Roffia et cappitaneo.

Convocatis generalibus Vagnono et Fusina ac Iohanne Petro Gastaudi, garda Bartholomeo Brimano, magistro particulari, Sebastiano de Clavaxio essayatore, Ludovico de Porris controrolatore, magistro Iacobino de Donens stampario, Francisco Darmel, Nycolao de Portis, Anthonino Zoalio, Francisco Boaterii, Iohanne Pestono mediolanensi, Anthonio Sburlati bancherio, Iheronimo Sardini luchensi.

Fuit desceptatum de ordine tenendo circha refformationem monetarum et fuerunt remissi ad martis XVIa huius ut apportent eorum opinionem circha premissa in scriptis ut, ea visa et eorum relatione audita, super ipsis provideri possit.

20/14.

1530, agosto 16. [Torino].

Die XVIa augusti 1530, presentibus dominis comite Fruzaschi et magistro hospicii Bellegarde.

Dominus preses Pedemontium dixit intellexisse dominum Iohannem Marcum et Philibertum de Sollerio fieri facere congregationes unius in alium et fuit ordinatum quod collateralis Roffia et cappitaneus iusticie accedant pro prohibitionibus fiendis et informationibus sumendis. ||

20/15.

1530, agosto 17. [Torino].

f 10 Die XVIIa augusti, presentibus dominis comite Fruzaschi, presidibus pedemontano et patrimoniali, Chaberto ex dominis Scallengiarum, collateralibus Publiciis et Balbo ac Marchiotto ex dominis Villefalletorum, Vallimberto et Christoforo.

De Bartholomeo de Bruno de Ciglano intitulato de nece Comini Marrelli de Maglono. Fuit facta relatio per dominum presidem patrimonialem et quia

z) *Su correzione.*

est casus fortuitus et precedente rixa culpa deffuncti fieri potest gratia mediantibus XXV v̄.

De gabellatoribus salis. Mictantur aliqui experti qui videant quid et quantum salis sit in banchis et in libris gabellatorum quantum salis conduci fecerunt et 5 si observaverunt pacta.

De illis de Monteregali. Videtur compositionem esse tractandam in universali et non in particulari et [a] promictat Paganinus de Ponte [b] qui huc venit pro tractando [c] de redeundo cum plena potestate tractandi et ex nunc presentant tercentum scutos pro parte Ferreriorum de Ponte et de Vivalda ac com- 10 plicum, exclusis hiis qui immiserunt ignem et qui intulerunt vulnera ac violarunt mulieres et qui detulerunt ignem et pulveres et || interim dicti deputati tractabunt; quod compositio fiat de maiori summa pro eorum posse. f 10v

De insultu facto in loco Savilliani et elevatione armorum, ex quo dubitandum est ne maius scandallum oriatur. Quod advocatus Caqueranus accedat 15 cum procuratore Christoforo pro informationibus sumendis et prohibitionibus fiendis.

De inobedientia facta in loco Villefranche per sindicos et alios satellites eiusdem loci. Procedatur contra sindicos citatos sub pena, actento quod fuit facta in personam procuratoris fiscalis Christoforo.

20 Dominus collateralis de Publiciis fecit relationem gestorum per eum in loco Crescentini, in quo reliquit res aliquantulum in melius reformatas, prout latius scribet illustrissimo domino.

De duobus detentis in Monteregali. Scribatur gubernatori et iudici quod illos remictant preposito Sacqueto ad civitatem Thaurini conducendos.

25 De differentiis Maczadii et Rondizoni. Fuit visa littera marchionisse Montisferrati directa presidi Pedemontium et videtur quod debeant hinc inde deputari aliqui qui rem componant et limites apponant; et fuerunt nominati pro parte domini collateralis Balbi et dominus Ybletus de Castromonte; nichillominus rescribatur domino antequam aliquid concludatur. ||

30 **20/16.**

1530, agosto 19. [Torino].

Die XIXa augusti 1530, presentibus dominis comite Fruzaschi, presidibus pedemontano et patrimoniali, Chaberto ex dominis Scallengiarum. f 11

Fuit auditus dominus collateralis Scallioctus super differentiis dominorum 35 Iohannis, Marci et Philiberti de Sollerio et visa littera missiva collateralis Roffia

a) *Segue* se submictat deputet dicte communitatis *cancellato.* b) *Segue* et alii *cancellato.* c) promictat ... tractando *aggiunto con postilla autografa in margine.*

consulentis quod domina illustrissima mandet illos venire. Evocentur compa-
rituri personaliter et interim inhibeatur ne quid novi actemptare aut moliri
habeant, sub pena indignationis domini et confiscationis [d] bonorum feudalium
et aliorum et cetera in forma.

Magnificus dominus Iohannes Andreas Ticzonus, comes Crescentini, requi- 5
siit sibi provideri ut possit ad eius domum ingredi, se querelando de prolon-
gatione iusticie absentacione domus sue propter favores subditis suis illatos et
quod commissarii deputati per dominum [e] satis leviter processerunt in eorum
commissionibus et exibuit supplicationem, super qua peciit sibi provideri, di-
cendo quod protestaretur nisi domino timeret displicere. 10

Evocetur fiscus et nominetur procuratorem fiscalem, procuratore fiscali
Valimberto [f] protestando quod, nisi habeat mandatum a domino, non intendit
quicquam exhibere.

De hominibus Crescentini petentibus prorogationem termini ad interinan-
dam eorum gratiam. Videtur non esse concedendam. || 15

f 11v De Thaurinensium responsione super mutuis, qui petunt terminum a die
sancti Bartholomei, quo die tenebunt consilium quia hucusque non fuit suffi-
ciens numerus.

De Iohanne Seoldi de monasterio Lancei, intitulato de homicidii assistentia
in personam Blaxii Casazie. Ministretur iusticia et fuit facta relatio per iudicem 20
criminalem.

De Constantio Ponzii de Farabozia, detento pro homicidio. Fuit mandatum
clavario Montisregalis quod mandet informationes.

De domino Panthaleone de Septimo Victono, intitulato de incestu sororis
et tractatu homicidii. Fiat iusticia et sic mandatur iudici criminalium. 25

De Thoma Gingot, intitulato de homicidio et incestu sororis eius uxoris.
Differtur pro nunc gracia, quia intitulatur de aliis delictis et quoad cognatam,
fuit remissa per prepositum vicario Savilliani, cui fuit mandatum quod mandet
information eset expleta et interim non eam relaxet nisi prius habito mandato. ||

f 12 De [g] Petro Truchi intitulato de homicidio et qui hiis effluxis diebus evasit 30
a domo vicarii. Fiat supplicatio ut possit consuli illustrissimus dominus noster.

De Iohanne Petro Thurini de Monasterio. Petit gratiam pro se et compli-
cibus intitulatis de homicidio, cum quo [h] tam fuerat concordatum pro ipso et
non pro complicibus. Scribatur illustrissimo domino.

De Georgio Gaya et ... Azelio pro resistentia facta contra commissarium. 35
Procedatur et dominus preses Paxerius mandabit informationes domino pre-
sidi patrimoniali.

d) Segue corporum et *cancellato.* *e) Segue* non *cancellato.* *f) Aggiunto nell'interlineo.* *g) Su correzione.* *h) Aggiunto nell'interlineo.*

Fuit visus computus Bardesaris de Bruno. Sumantur informationes de pluri exacto et super expensis ubique ministratis.

De Camillo de Romagniano intitulato de violencia mulieris cuiusdam. Fuit constitutus in arresto sub pena mille scutorum per civitatem. ||

5

20/17.

1530, agosto 22. [Torino].

Die XXIIa augusti 1530, presentibus in camera prope cappellam domino comite Fruczaschi, presidibus Paserio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Iohanne Marco ex dominis Villenove et collaterali Balbo. f 12v

10 Fuit dictum [i] quod illustrissima domina debeat mandare aliquem ex nobilibus suis ante cadaver principis Auraice, qui in loco Montiscallerii et aliis usque ad locum Novalicii faciat ire clerum cum cruce ad associandum corpus usque in ecclesiam ubi reponetur; et quod scribatur domino sic fiendum in patria Sabaudie.

15 De comite Crescentini se querelanti de porta quam dicit illustrissimum dominum promisisse reducendam in sforciam. Scribatur domino etiam super protestacione sua, per quam petit testimoniales de interinatione gratie non facta per subdictos.

De litteris Prati Clavaxii pro domino Iohanne de Casaliburgono. Fuit con-
20 clusum quod fiant et defferantur per dominum Ybletum de Castromonte monstrande dicto domino Iohanni, non tamen expediende donec adepta possessione bonorum per ipsum venditorum domino. ||

Fuit auditus dominus Iohannes Marcus de Solerio super differentiis ipsius et domini Philiberti eius fratris et remissus ad adventum dicti domini Phili- f 13
25 berti quo tunc, auditis partibus, domina illustrissima studet componere et ad concordiam reducere.

Fuit visa supplicatio illorum Ogliani circa detentionem Anthonii Rubei et Iacobi eius filii captorum super iurisdictione domini et transductorum ad locum Fabrice. Sumantur informationes et, constito ipsos fuisse captos super
30 territorio domini, procedatur contra conscios et cetera.

De domino Panthaleone de Septimo Victono intitulato de incestu cum sorore et tractatu necis alterius condomini. Ministretur iusticia et dehinc cadaver tradatur sepulture, quia de nobili genere.

De sequestro fructuum Sancti Petri de Vasco. Ad evitandum tumultum
35 armorum fiant littere de exequamini citra preiudicium iurium partium.

i) *Su correzione.*

De Camillo de Romagniano constituto in arresto per civitatem. Teneat arrestum et veniant huc testes per ipsum producendos, qui examinabuntur per dominum presidem Purpuratum absque sallario pro minori impensa aut, si pars nolit, accedat dominus collateralis Scallia sumpturus informationes expensis ipsius Camilli. ||

f 13v De illis de Villafrancha. Fuit audita relatio domini presidis patrimonialis et conclusum prepositum Provanam esse manutenendum in possessione perceptionis fructuum ecclesie Villefranche per ipsum in favorem congregationis sancti Augustini resignate. Quo vero ad presbiterum de Bove, qui contra mandata ducalia percepit et conduci fecit manu armata grana dicte ecclesie, procedatur contra eum usque ad declarationem bampnimenti et quantum ad sindicos, respondeant et caveant de iure stando in forma et prosequantur alias quam est solitum, ut auctoritas domini servetur.

20/18.

1530, agosto 24. Torino.

Die XXIIIIa augusti 1530, Franciscus Berthelli et Thomenus Balbi de Cargnano fuerunt per magnificum dominum comitem Fruczaschi relaxati ab arresto quo suberant usque ad XVmam septembris et se submiserunt eodem die redituros et tenturos arrestum sub pena iam eis imposita, presentibus in castro Thaurini domino Iacobo Lamberti, clerico Cappelli et Nicolao Cargnani testibus et cetera. ||

20/19.

1530, agosto 25. [Torino].

f 14 Die XXVa augusti 1530, presentibus dominis comite Fruczaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum et advocato Caquerano.

Nobilis Reynerius de Centoriis peciit, tamquam procurator comitis Crescentini una cum domina Iohanna Maria ..., sibi dari testimoniales quoniam particulares Crescentini decima nona huius presentarunt supplicationem, petendo prorogari terminum intherinandi eorum gratiam et testimoniales de presentatione. Fiant testimoniales hinc inde et quod apponatur clausula; Consilium eodem die iustis de causis non duxit providendum.

De scindico Villefranche petenti se relaxari ab arresto quo subest. Expectatur ad cras, qua die ceteri citati comparebunt et tunc, factis debitis demonstrationibus et mediante cautione, relaxabitur.

De egregio Sulphi et Farina,[l] petentibus se relaxari ab arresto quo subsunt. Videtur unanimiter, actenta eorum longa detentione, quod mediante cautione debent relaxari; nichillominus, quia fuit relatum illustrissimo domino nostro esse huiusmodi negocium egregii comodi, expectetur adventus magnifici do- 5 mini cancellarii.

De Iohanne Seoldi; fuerunt auditi iudex criminalis et dominus Emilianus de Sandilliano, qui viderunt iura; et ordinatum quod adhuc uberius videant et ministretur iusticia. ||

De Bernardino Cita, habitatore Mercenaschi,[m] intitulato exposuisse falsam f 14v 10 monetam et condempnato per ordinarium Clavaxii ad decem florenos. Ducatur et terreatur in tortura; non tamen tormentetur ut veritas eviatur.

Spectabilis dominus advocatus Caqueranus retulit per ipsum gesta in partibus Savilliani et quod fecit citari nobilem Iohannem Baptistam Tapparelli retractatorem bampnitorum, dicens ulterius insultus plures fuisse factos, non 15 obstantibus prohibitionibus, per illos de Fossano, quorum plures citari fecit; contra quos procedetur.

De Camillo de Romagniano arrestato, petenti unum collateralem pro examinando. Expectetur responsum a domino.

De illis de Monteregali qui petiverunt prorogari terminum per octo aut 20 decem dies. Si esset modus exequendi et ministrandi iusticiam ex aliquibus comprehensis in composicione, videretur compositionem non esse fiendam. Actamen, stantibus terminis, potest prorogari terminus per octo dies et interim rescribatur domino ut intelligatur eius votum et beneplacitum circa compositionem tercentum scutorum per eos oblatam; et fiant littere prorogationis 25 usque ad sextam septembris. ||

De impensa domine que non persolvitur ac etiam non est qui velit aliqua f 15 victualia expedire nisi mediante solutione prompta. Videtur nullum remedium adhiberi posse nisi dominus provideat aut quod tractando compositiones expediantur gratie; alioquin, conclusis et registratis eisdem compositionibus, ob- 30 mictuntur nec ulterius prosequitur expeditio illarum prout de processibus Carracii et Berthoni fuit factum[n] qui inveterascunt et facinorosi moruntur impugniti corpore nec bonis.

De responsione Thaurinensium. Petierunt aliam dilationem nec hucusque potuerunt congregari ultra viginti et die sancti Bartholomei non potuerunt 35 haberi nisi XIII aut quatuordecim, practica aliquorum de[o] quorum nominibus inquiritur secrete ut dehinc possit provideri et est dubitandum ne cetere communitates procedant eo modo.

l) *Segue* detentis *cancellato.* m) *Aggiunto nell'interlineo.* n) fuit factum *aggiunto nell'interlineo.* o) *Su correzione.*

20/20.

1530, agosto 27. [Torino].

Die XXVIIa augusti 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum, collaterali Roffia. 5

Nobilis Galvando Gallaterii deputatus parte communitatis Savilliani conquestus est dominum advocatum Caqueranum assignasse [p] aliquos de dicto loco Savilliani ad huiusmodi locum, quod est contra formam franchesiarum; et petit illos remicti ordinario. Procedatur simultanee et per procuratorem et per vicarium. || 10

f 15v De differentiis domini Iohannis Marci et Philiberti de Sollario. Videtur omnem operam adhibendam ad componendum huiusmodi differentiam ad omne scandallum evitandum et quod bonum erit quod illustrissima domina mandet Philibertum hic presentem, cui fiant demonstraciones neccessarie et, si non possint componi, quod fiant littere prohibitorie sub formidalibus penis. 15

De Iacobo de Rubeis de Ollianico detento per dominum [q] Guillelmum ex dominis Fabrice et Viscarum et capto [r] ut asseritur super territorio domini. Accedat dominus advocatus Caqueranus pro informationibus sumendis et re componenda, et fiant littere [s] commissionales pro aliis compositionibus.

De facto Rondizoni et Maczadii visa fuit littera illustrissimi domini sub 20 die XXIIa augusti. Videtur differentias componendas [t] et fuerunt nominati pro parte illustrissimi domini collaterales Roffia et cappitaneus Clavaxii.

De supplicatione molinari Cargnani, se conquerentis de perditione aque et quod illi de dicto loco accedunt alibi molere licet ad id astringantur. Fiant uberiores provisiones que fieri possint. 25

Fuit visa littera missiva gubernatoris et senatus astensium una cum supplicacione illorum Castri Novi se conquerentium de domino Gabriele de Mazetis, a quo dicunt certa bona eis fuisse capta. ||

f 16 De prohibitionibus granorum extrahendorum a patria. Videtur non esse fiendum et quod si fierent, esset contra promissionem factam per dominum 30 tribus statibus ultimo congregatis, ex quo patria conquereretur.

De facto salis, fuit conclusum quod dominus collateralis Roffia cum procuratore Valimberto accedant Cuneum et dominus Marruchi apud Casalemgrassum et, ne gabellator aut eius factores fraudem commictant, quod hincinde uno ex eodem die ingrediantur banchos ipsius gabelle et describant quid et 35 quantum salis sit in quolibet ipsorum et cuius speciei et deinde videant libros

p) *Parzialmente corretto;* a *su* r q) *Segue* Philibertum *cancellato.* r) *Su correzione.* s) *Segue* compulsare *cancellato.* t) *Segue* et limites apponendos *cancellato.*

rationum dicte gabelle et videant qualem quantitatem salis [u] conduci fecerunt et si pacta super hiis facta fuerunt observata et si numerus carratarum fuerit adimpletus et postea sumant in dictis locis respective informationes super venditione salis et abusu eiusdem ac mensuratione, ut dehinc provideri possit pro 5 indempnitate rei publice et exoneratione domini.

20/21.

1530, agosto 29. [Torino].

Die XXIXa augusti 1530, presentibus dominis comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum, capitaneo iusticie 10 et Valimberto.

Fuerunt auditi mercatores astenses se conquerentes quod pedagiatores Secuxie illos volunt cogere ad solutionem pedagii pro mercanciis quas defferunt Brianzonum et ordinatur quod, ad formam litterarum domini, tractentur ad instar subditorum. ||

15 Similiter mercathores thaurinenses et alii patriote conquerentur de dictis pedagiatoribus, qui volunt eis solvi facere pedagium de mercanciis per eos apportatis ex patria extera et defferendis extra patriam contra consuetudinem patrie. Super quo fuit ordinatum quod teneantur ipsi mercatores consignare mercantiam tantum et quod nisi habito responso a domino aliquid non exi-20 gatur.

f 16v

20/22.

1530, agosto 30. [Torino].

Die XXXa augusti 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, collateralibus Balbo et Roffia.

25 Nobilis secretarius Pistoni retulit per eum gesta circa scindicatum potestatis Crescentini et fuit ordinatum quod, pro evitandis scandallis, per dominum comitem [v] deputetur alter potestas actento quod iste non est gratus populo et quod allegant esse contra formam suarum franchisiarum et citentur hii qui contravenerunt preceptis factis per dominum collateralem de Publiciis.

30 De Bartholomeo Seoldi teste variante; castellano Lancei, si sit relaxandus, relaxet, aut iusticiam ministret de consilio iudicis criminalium.

De Petro Viennesii, intitulato quia fecit carceres privatos. Accedat alter procuratorum pro informationibus sumendis.

De la Mora et eius moderno viro intitulatis de homicidio primi viri et [z] 35 adulterio. Capiantur [a] bona.

u) Aggiunto nell'interlineo. *v)* per ... comitem *aggiunto a margine.* *z) Segue* incestu *cancellato.* *a) Su correzione.*

Fuit visa supplicatio Iuvenalis Canalis et Stephani Anfoxi de Piperagno detentorum et audita relatio domini presidis patrimonialis. Relaxentur mediando, nisi in quatuor casibus et, casu ultimo sanguinis exeunte, non relaxet et mandet informationes et expleta et interim non procedatur ad aliquem actum exequutivum. || 5

f 17 De Anthonio Barazocti qui porrexit supplicationem et petit gratiam super assistentiam mortis Stephani Burachi de Tollegno dormientis et fuit comes [b] aliorum multorum facinorosorum. Denegatur.

De particularibus Andurni intitulatis de vulneribus illatis in personam cuiusdam Levrocti. Si terminus sit expiratus, citentur iterato. Et quod bona ibidem 10 confiscata vendantur.

De Iuvenali Rica et complicibus intitulatis de homicidio Pellizoni. Procedatur ad formam edicti Cargnani.

21.

1530, settembre 3 - 1530, ottobre 12. 15

REGISTRE DE CONSEIL

Encommencé le premier de septembre 1530.

Auxilium a Domino.

Chatel.

21/I. 20

1530, settembre 3. [Torino].

f 1 Die tercia septembris 1530, presentibus dominis comite Fruczaschi, presidibus Passerio et Purpurato.

De Bartholomeo [c] Seoldi teste variante. Fuit auditus iudex criminalium iuxta iam ordinata. Procedat castellanus, participato consilio cum iudice cri- 25 minalium.

De Iohanne Seoldi, qui astitit homicidio et tractatu homicidii ante et post. Fiat iusticia.

De illo de Froboxia. Fuit audita relatio informationum per dominum presidem patrimonialem et quia homicidium non erat volontarium, etiam quod 30 de consensu patris vulneratus ante decessum eidem indulsit, non potest condempnari ad mortem. Fuit mandatum iudici criminalium quod procedat contra eum et iusticiam ministret. Qui iudex pariter se retulit.

b) *Su cancellatura.* c) *Su correzione.*

Fuerunt vise littere dominorum vicegubernatoris [d] et capitanei civitatis et fortalicii Nicie circa sforciam Sancte Agnetis, dolo captam per dominum de Monagues ac etiam super munitionem castri Nicie ac solutione sociorum [e] ad gardam ipsius commissorum.

5 Et fuit conclusum quod illustrissima domina mandet ad illustrissimum dominum dictas litteras et rescribat sibi ut provideat. Et mandetur littere dominis Christoforo de Sollerio domino Mazelli et Petro Fantini quod veniant illico et provideatur contra eos ac dominum Theodorum Parpalliam per arrestationem et alias ut in denariis domini fieri solet. ||

10 Dominus Laurencius Carpesani offert pro bonis Iohannis de Rubeis de Andurno confiscatis L V̄. Veniat cum peccuniis et fient littere. f 1v

Deputentur commissarii qui accedant Cargnanum ad compellendos illos qui se condempnaverunt ad solvendum per captionem bonorum et si non possint apprehendi, citentur comparituri ad hanc civitatem Thaurini, actento quod 15 tempus iniuctionis preteriit.

De fidanciis Fossani quas communitas Fossani acquisiit a domino sub gratia Reacheti precio septem centum scutorum; quia scindici conqueruntur de generali Bava et Sebastiano Bava, qui nichil intendunt solvere, et quod nisi solvant quod ceteri renuent et commissarius cogetur redire. Videtur quod di-20 cantur premissa eidem generali parte illustrissime domine ne [f] eius culpa exactio remaneat imperfecta.

Evocentur scindici et communitates Vigoni, Pinerolii et Masselli comparituri ad videndum et audiendum appunctuamentum occasione fluminis Clusoni. Ad nonam huius. ||

25

21/2.

1530, settembre 6. [Torino].

Die VIa septembris 1530, presentibus domino cancellario, comite Fruczaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Iohanne Marco ex dominis Villenove, collaterali Roffia, advocato Caquerano, 30 gubernatore Montisregalis et capitaneo iusticie. f 2

Magnificus comes Crescentini conquestus est de commissariis qui fuerunt in loco Crescentini, maxime domini collaterales qui nichil aut parum fecerunt in sui favorem, sed potius in favorem rebellium et etiam conqueritur de bonis bampnitorum confiscatis, dicendo quod, si domini de Consilio aliter non pro-35 cedant pro debito iusticie, quod ipse personaliter protestabitur de non consequutione iusticie.

d) Su correzione. *e) Su correzione.* *f) Su correzione.*

Fuit visa supplicatio Anthonii Oliverii de Bovixio, detenti in castro Thaurini, qui petit se relaxari. Commictitur preposito marescallorum quod procedat summarie consilio iurisperiti.

De egregio Sulphi et Farina qui petunt se relaxari ab arresto quo subsunt. Providebitur. Commictitur causa Consilio residenti, qui iusticiam ministret. 5

De Iohanne Petro de Ferrariis de Montecalvo de Monteferrato, qui detinetur Yporregie. Dominus preses cismontanus retulit et dicit quod illustrissima domina marchionissa Montisferrati, seu eius officiarii, petunt illum remicti pro iusticia ministranda eo quia intitulatur esse de eis qui imponebant pestem per patriam Montisferrati. Quia hucusque dicta [g] illustrissima domina marchionissa noluit remictere aliquos ex subditis ducalibus maxime bampnitos Crescentini, fuit [h] conclusum tentare si ipsa, mediante huiusmodi remissione, velit etiam remictere subditos ducales quo tunc iste remictetur. ||

f 2v Si minus non, et mandatur potestati Yporredie quod ipsum retineat, non relaxandum sine licentia et expresso mandato domine aut Consilii residentis. 15

De Thoma de vicario de Cargnano homicida, detento in castro Thaurini. Procedatur contra eum per iudicem criminalem.

De Iohanne Seoldi, qui astitit homicidio Blaxii Cazasse precedenter tractatu. Fuit auditus iudex criminalis et ordinatum quod iudex predictus procedat et iusticiam ministrari faciat. 20

De ... Ferbozea, qui fuit condempnatus per iudicem criminalium ad centum florenos solvendos infra XV et bampnitus a loco Ferboze per triennium et, casu [i] quo non solvat infra tempus prefixum, bampniatur a tota patria ducali per decem annos et si contraveniat bampno decennio, amputabitur ei pugnus et si contraveniat bampno triennio, fustigetur. 25

De Francisco Arnaudi de Savilliano intitulato de morte Bernardi Perrachi. Retulit collateralis Roffia informationes. Offert XXti scutos solis.

De Camillo de Romagniano detento in hac civitate pro vi publica de qua intitulatur. Accedat magnificus dominus collateralis Scallia ad locum Vigoni pro veritate omnimoda [l] habenda. || 30

f 3 Ea que retulit egregius procurator fiscalis de Christoforo de gestis per eum in partibus Montisregalis et finibus circumvicinis et de informationibus per eum sumptis.

Et primo contra particulares Carruci intitulatos de homicidio perpetrato in personam Iohannis Valeti de Plocio. Citentur responsuri intitulatis. 35

Contra particulares Farigliani intitulatos de eodmet homicidio. Citentur ut supra.

g) Su correzione. *h) Su correzione.* *i) Su correzione.* *l) Su correzione.*

Contra particulares Plocii, intitulatos de homicidio in personam Guerre de Monteregali. Procedatur ad citaciones ut supra.

Contra Iuvenalem Fornaxerii de Cerveriis, pro homicidio perpetrato in personam Iohannis Mineti. Citetur ut supra.

5 Contra Philibertum Canavoxii de Thaurino, pro raptu et violentia filie. Citetur ut supra.

Contra Iacobinum Morgani, intitulatum de decem delictis, qui fregit carceres castri Cerveriarum in quibus fuerat remissus per ipsum Christoforum, penam quingentorum ducatorum incurrendo. Procedatur contra eum ad pe-
10 nas. ||

Contra Marchiottum Ferrerii de eodem, qui adiuvit eximere captivum a manibus castellani ipsius loci. Fuit remissus ipsi castellano per eundem Christoforo. Fiant littere de adducatis. f 3v

Contra Stephanum Raynerii et Anthonium Maxanti de Farigliano, qui
15 occiderunt Iohannem Dominicum Salomonis vicecastellanum ipsius loci. Procedatur ad citationem.

Contra Iuvenalem Dianaz, Michaelem de Oliva et Facinum Durandi fideiussores dicti Iacobi Morgani pro Vc ducatis. Procedatur contra eos. Submissio est penes Christoforo.

20 De granis reductis ad manus ducales in eodem loco Cerveriarum. Vendantur de confiscatis et satisfiat preposito Sacqueto et cohorti sue. ||

21/3.

1530, settembre 7. [Torino).

Die VIIa septembris 1530, presentibus dominis cancellario, comite Fru- f 4
25 zaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Iohanne Marcho ex dominis Villenove et gubernatore Montisregalis.

Fuerunt auditi egregius Sulphi et Farina, petentes se relaxari a tam longa detentione et ordinatum quod, mediante cautione quingentorum ducatorum, de iudicio sisti et iudicatum solvendo ac se representando tociens quotiens
30 fuerunt interpellati in personam eorum procuratoris, quem debebunt constituere infra decem dies coram Consilio residenti, cui fuit commissa causa et mandatum quod iusticiam ministret, relaxentur.

Fuit auditus dominus Emilianus de Sandilliano, advocatus Iohannis Seoldi detenti et ordinatum quod conferat cum iudice criminalium, cui fuit com-
35 missum quod procedat et iusticiam ministrari faciat.

Magnificus comes Crescentini conquestus est de bampnitis ipsius loci super territorio marchionali existentibus, quod faciunt plures insolentias super finibus

Crescentini et deportationes fructuum bonorum confiscatorum et, quod deterius est, veniunt super finibus Sancti Ianuarii et minis utuntur contra eum et eius servitores adeo quod non audent exire a castro ipsius loci et minus negociari in bonis et areis ipsius nec eius equos ducere ad aquas extra dictum castrum.

Fuit ordinatum quod scribatur marchionisse Montisferrati quod, si velit sub spe salvicondictus permictere talia actemptata, quod providebitur pro indempnitate domini et dicti comitis et pariter communitatibus marchionalibus. ||

f 4v De facto salis, fuerunt auditi domini Ybletus ex dominis Castrimontis et secretarius Marruchi, qui retulerunt prout in eorum relatione in scriptis redacta continetur.

21/4.

1530, settembre 10. [Torino].

Die Xa septembris 1530, presentibus dominis cancellario, presidibus Passerio et Purpurato dominisque collateralibus de Publiciis, Scallia et Inviciato ac Chaberto ex dominis Scallengiarum, Iohanne Marco de Sollerio, Marchiotto de Falletis, advocato Caquerano, gubernatore Montisregalis, capitaneo iusticie et Vallimberto. In domo magnifici domini cancellarii.

Fuit loquutum de Anthonio Rubeo de Oglianico detento per dominum Fabrice. Fuit ordinatum advocato Caquerano quod accedat super loco cum deputato parte illustrissime domine marchionisse Montisferrati die XIXa huius, ad videndum si fuerit captus per eundem dominum Fabrice super territorio ducali.

De differenciis communitatum Vigoni, Pinerolii et Macelli, occasione fluminis Clusoni. Videantur iura per dominum presidem patrimonialem ut appunctuari possint.

Fuit visus rotulus illorum de Monteregali, quos illustrissimus dominus mandavit teneri sub arresto usque ad eius adventum pro bono pacis. ||

21/5.

1530, settembre 12. [Torino].

f 5 Die XIIa septembris 1530, presentibus dominis cancellario, comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, dominis Chaberto ex dominis Scallengiarum et Iohanne Marco ex dominis Villenove.

Fuit loquutum de universitate Thaurinensi, ut provideatur pro solutione stipendiorum doctorum legentium tam pro preterito quam pro futuro. Videtur sic esse fiendum et ulterius quod deputentur alii legentes ut, deffectu aliorum legentium, universitas non remaneat improvisa.

De sale; provideatur quod gabellator vendat aliquam bonam quantitatem ad minutum et quod melius est providere utilitati rei publice quam particularium.

De marchione Montisferrati infirmo. Videatur modus tenendus cum subditis circa Padum [m] mortis [n] casu adveniente ut submictantur ditioni domini et quis ex nunc poterit eosdem conducere ad devotionem excellentie domini et etiam quomodo cum ceteris principibus erit utendum pro re bene componenda et ad effectum deducenda. Quia res est ardua, cogitent omnes ut dehinc quod erit utilius agatur; estque dubitandum si dominus ad presens faciat petere actiones quas pretendit contra marchionem quod, actenta eius infirmitate et quod non cogitat marchionissa nisi de filiabus maritandis, quod providebit circa custodiam oppidorum et castrorum et erit res difficilis valde. ||

f 5v

De domina Catherina de Septimo Vitono. Relaxetur, ita tamen quod prius deponat veritatem et mictatur commissarius fidelis qui illuc adeat.

De hominibus Burgialicis, qui conqueruntur de constitutione facta in potestatem de egregio Licia, actento quod in electione facta apponitur clausula omnibus consentientibus et ipsi allegant numquam consenciisse nec consentire velle. Sumantur informationes et interim deputetur tercius pro officio exercendo.

21/6.

1530, settembre 13. [Torino].

Die XIIIa septembris 1530.

Spectabilis dominus Aymo ex comitibus et dominis Castrimontis se submisit sub pena XXV ducatorum infra XV dies levaturum et cum effectu exportaturum litteras gratie spectabilis domine Catherine uxoris domini Maffredi ex dominis Septimi Victoni et persovere sigillum cum signatura et aliis consuetis, presentibus [o] ibidem Claudio Latardi et Petro Dalphini de Cohassiis testibus et cetera.

Die predicta, nobilis Ianotus de Strata promisit in manibus magnifici domini cancellarii bene, probe et fideliter custodire castrum locum et villam Verruce, ita quod eius culpa et [p] deffectu nichil sinistri nullumque dampnum illustrissimo domino nostro nec eius subditis et minus patrie eveniet, sub pena indignationis domini et confiscationis bonorum suorum. Quam submissionem recepit nobilis secretarius Marruchi. ||

m) Segue eo *cancellato.* *n) Nell'interlineo.* *o) Segue* d *cancellato.* *p)* culpa et *aggiunto nell'interlineo.*

21/7.

1530, settembre 15. Torino.

f 6 Die XVa septembris, Thaurini, in castro et camera inferiori, presentibus domino cancellario, comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scallengiarum,[q] collateralibus Roffia et Balbo, capitaneo iusticie.

Fuerunt vise littere illustrissimi domini circa prorogationem interinationis una cum minuta transmissa litterarum compulsoriarum occasione tallie imposite pro solucione compositionis et aliorum onerum auditusque dominus comes Crescentini super eius querelis ac aliis sibi per eius uxorem scriptis, prout ex eius littera missiva apparet, petendo, antequam littere compulsoriales expediantur, dominos debere scribere omnimodam rei veritatem, ne contra equitatem ipse nec eius subditi opprimantur; et sibi provideri ut consequatur sibi capta et exportata iuraque et interesse via iusticie. Fuit conclusum quod evocentur comprehensi in informationibus sumptis et quod procedatur contra eos. Quo vero ad bona exportata et interesse que pretendit, non potest ei denegari iusticia. Quantum ad bampnitos, scribatur marchionisse Montisferrati et communitatibus penas quas se retrahunt cum comminatione quod prosequentur eos super finibus ipsorum. ||

f 6v De facto gabelle; tam pro persolvendo[r] capitaneo fortalicii Nicie ut condignam munitionem pro custodia ipsius fiat.

Item est providendum ut gabellator conduci faciat sale in aliqua bona quantitate pro succurrendo patrie, actento quod tempus interpellat. Etiam ut persolvantur doctores legentes in universitate; alioquin omnes studentes recedent, prout iam incoharunt.

De dominico Vaudani intitulato de homicidio. Fuit facta relatio informationum et expletorum per dominum collateralem Balbi. Differtur ad aliud tempus.

De Nicolao de Aima et Daniele Portoner, qui fuerunt promotores prime rixe ex qua insultus sequutus est. Differunt solvere videlicet ipse Nicolaus LXX $\bar{\text{v}}$ solis et Daniel LX $\bar{\text{v}}$ consimiles, ad quasquidem summas fuerunt taxati per dominum collateralem Roffiam et capitaneum iusticie. Procedetur.

De Bernardino Besten intitulato de homicidio Dominici Burgarel. Non fiat quia casus non est fortuitus.

De fratribus de Bosco, qui vulneraverunt Anthonium Guerci. Procedatur et maxime si mors sequatur.

q) Chaberto ... Scallengiarum *aggiunto con postilla autografa alla fine della ‹congregatio›.* r) *Segue* fortalicio *cancellato.*

De Francisco Arnaudi de Savilliano, intitulato de homicidio. Retulit dictus collateralis Roffia, qui dicit se habere informationes quia homicidium fuit ad defensionem et primo percussus. Fiat gratia mediantibus XX $\overline{v}$.

De Iohanne Ferrerii filio [s] familias, intitulato de homicidio; offert XXV $\overline{v}$.
5 Videatur supplicatio ut provideri possit. ||

21/8.

1530, settembre 22. [Torino].

Die XXIIa septembris 1530, presentibus dominis cancellario, comite Fruzaschi et preside Passerio. f 7

10 Fuerunt vise littere gubernatoris Montisregalis circa detentionem David Stoperii et Iohannis Francisci de la Amistate. Videtur ipsos huc adducendos quod erit in terrorem tocius civitatis et terrarum adiacentium et circumvicinarum.

De insultu et elevatione armorum nunc in loco Fossano vigentium. Vi-
15 detur cappitaneum iusticie aut alium nobilem magnanimum illac mictendum cum centum hominibus ad finem capiendi et exequi faciendi aliquos ex facinorosis et sediciosis et ut locus ipse sit pacificus et immunis ab huiusmodi invasionibus et incursionibus. Expectetur responsum a vicario ut dehinc provideri possit et interim provideatur de pecuniis.

20 De Carolo de Botta de Summa Ripa, intitulato interfuisse tribus homicidiis. Procedatur contra eum.

De domino Christoforo de Advocatis Casenove, qui quotidie venit ad locum Sancte Agathe in domo nobilium de Baleanis. Videatur si poterit capi de raptu equorum domini Egmontis in loco Gazeni.

25 De dictis de Balleanis, qui intitulantur de incestu. Videatur si sint alique informationes. ||

De duce Albanie, qui huc debet venire. Scribatur dominis Laynici, Stapunixii, Vicenovi, Plozaschi et aliis nobilibus circumvicinis ut veniant. f 7v

21/9.

30 1530, settembre 24. [Torino].

Die XXIIIIa septembris 1530, presentibus dominis cancellario, comite [t] Fruczaschi, preside cismontano, collaterali Roffia et capitaneo iusticie ac Vallimberto.

s) Su correzione. *t) Su correzione.*

Fuit loquutum de ... Oglianico mandamenti Riparolii, qui fuit per officiarios ipsius loci verberatus. Fuit examinatus per Vallimbertum. Citentur et procedatur contra eos.

De Anthonio Garret, intitulato de homicidio; retulit Roffia et habet [u] pacem cum parentibus occisi et fuit homicidium fortuitum. Quia in presentia domini fuit loquutum de huiusmodi gratia et nichil conclusum, differtur ad aliud tempus. 5

Fuit facta relatio per dominum collateralem Roffiam, qui rediit a loco Oglianici pro differenciis illorum de Oglianicco contra illos de Favria, occasione detentionis Anthonii Rubei, capti super finibus ipsius loci Oglianici iurisdicionis domini nostri ducis per dominum Fabrice et ut retulit dictus detentus fuit captus super patria [v] ducali et ulterius quod alias dictus dominus Fabrice occidit cum suis complicibus unum vocatum Abbatem Oglianici super territorio domini et aliunde locus delicti perpetrati est super patria ducali. Advideatur etiam super bealeria quam percipiunt hii de Fabrica, profluens a iurisdicione domini, de qua dominus nullum habet commodum. Videtur quod Consilium scribat illustrissime domine marchionisse Montisferrati quod illum relaxari faciat mediante de iuri stando coram quo de iure debebit. Alias providebitur pro indempnitate domini. || 10 15

f 8 De illis qui interfuerunt homicidio perpetrato in personam filii Iacobi Mantillierii de Villafrancha numero quinque. Videatur quantum offerunt et fiat gratia, dempto percussore. Deinde fuit conclusum XXVIa huius gratiam fiendam mediantibus C $\overline{\text{v}}$, excluso occisore.[z] 20

De differentiis illorum de Fossano existentium in armis ad invicem et plures insultus hinc inde facientium. Fuit auditus Barthesar de Bruno, qui illuc fuit deputatus commissarius et, ut retulit horalim, inter se fiunt discentiones et aggressiones et quod pro huiusmodi excessibus cohercendis requiruntur centum homines et circa XX equestres. 25

21/10.

1530, settembre 26. [Torino]. 30

Die XXVIa septembris, presentibus dominis cancellario, comite Fruczaschi, presidibus cismontano et Purpurato, collateralibus de Publiciis, Roffia et Balbo, advocato Caquerano ac Vallimberto.

De facto Iohannis Seoldi condempnati ad amputationem capitis, qui offert centum scutos solis. Videtur summam bene latam ad iuris rigorem; actamen, si placeat illustrissime domine eidem indulgere, id fieri poterit mediante relegatione et condempnatione ad triremes per decennium, solutis C $\overline{\text{v}}$. 35

u) *Segue* pace *cancellato.* v) *Su correzione.* z) *Aggiunto nell'interlineo.*

De Anthonio Garret, qui petit gratiam super homicidio perpetrato in personam Nicolai; secunda offert XXV v̄. Mediantibus Lta scutis fiet gratia.

De Augustino de Pane, intitulato de morte Cathini Garreti et fuit visa supplicatio, per quam petit sibi indulgeri. Videantur informationes ut inde provideri possit. ||

Fuit visa responsio facta per illustrissimum dominum nostrum super litteris scriptis excellentie sue per Consilium circa negocium Crescentini et conclusum fore iterato scribendum illustrissimo domino nostro per illos Consilii et maxime de coequatione talee imponende per communitatem, quia provisio facta per eosdem videtur potior quam decreta per ipsum mandata. Quo vero ad reliqua, quod fiat aliqua demonstratio communitati ut potestas tollatur et, si velit, quod sumantur informationes ad formam billeti domini.

De negocio dominorum Luserne contra homines dicti loci. Fuerunt citate partes comparituree coram domino.

21/11.

1530, settembre 30. [Torino].

Die ultima septembris, presentibus dominis comite Fruczaschi, presidibus Pedemontium et Purpurato, collateralibus de Publiciis, Roffia et Sancti Martini, advocato Caquerano et Vallimberto.

Fuerunt vise littere missive domine marchionisse Montisferrati circa detentionem Anthonii Rubei de Oglianico, capti per dominum Fabrice super territorio ducali. Expectetur nuncius destinatus ad ipsam marchionissam parte Consilii et si [a] littere ipsius Consilii non profuerunt, scribatur denuo ipsi marchionisse ut relaxet et, nisi fiat, quod capiantur duo aut tres super territorio marchionali et detineantur, donec relaxato dicto Rubeo.

Quo ad fines Maczadii et Rondizoni, poterit postea provideri et mandabuntur commissarii ad sumendas informationes. ||

Fuit auditus dominus preses Pedemontium circa insultus perpetratos et elevationem armorum loci Fossani. Mandetur littera missiva Barthesaris de Bruno illustrissimo domino nostro et videatur modus habendi pecunias pro aliqua exequutione fienda.

De Iacobino Morgani, qui se offert daturum cautionem idoneam sub pena de se representando coram aliquo ex Consiliis; et si per alterum eorundem cognitum fuerit et ordinatum ipsum facere debere eius defensiones in carceribus domini, ipsum ibidem iturum nec recessurum sine mandato et dummodo remictantur sibi pene Vc ducatorum conventionales, offert se daturum Lta scutos.

a) *Segue* huiusmodi *cancellato*.

De illis de Monte Caprello, qui verberaverunt et depredati sunt quosdam milites yspanos Carolum et Raphaelem de Lusignano quorum instrumentum recepit Henriotus de Saluziis et dicitur plus scripsisse quam fuisse dictum. Collateralis Roffia habet informationes. Mandetur ordinario quod mandet omnia expleta et informationes nec procedat ad aliquem actum exequutivum nisi participato consilio dominorum.

De Iohanne de Giva de Cargnano, intitulato de homicidio perpetrato in personam cuiusdam mulieris in insultu facto contra nobiles Provanas. Offert Lta $\overline{\text{v}}$ ad plus. Scribatur domino omnimoda veritas. ||

f 9v De Iohanne Bertelli de Cargnano, detento in hac civitate. Videantur informationes.

21/12.

1530, settembre 30. Torino.

Die predicta nobilis Sebastianus Thiardi de Monteregali[b] se submisit redicturum ad huiusmodi civitatem Thaurini infra et per totam diem duodecimam[c] mensis octobris proximi, ibidem tenturus arrestum prout nunc tenebat, nisi ipse et reliqui ipsius loci Montisregalis obtineant prorogationem ab illustrissimo domino nostro; et hoc sub pena C scutorum solis, de qua fecit donationem illustrissimo domino nostro irrevocabilem in forma; et premissa submissione, fuit relaxatus a detentione qua subest. Presentibus, in aula maiori castri Thaurini, nobilibus Iohanne Anthonio Bigloni et Georgio de appotheca, civibus Montisregalis testibus et cetera. ||

21/13.

1530, ottobre 3. [Torino].

f 10 Die tercia octobris 1530, presentibus coram illustrissimo domino duce Nemouxii dominis comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato,[d] Iacobo ex dominis Scallengiarum, gubernatori Astensi, Chaberto ex eisdem dominis, Ludovico domino Excherene, Anthonio ex comitibus Plozaschi, Lelio ex dominis Vicinovi, Iacobo ex dominis Laynici.

Fuerunt vise illustrissimi domini nostri littere, negocium Gebennarum et adventum ad eandem civitatem domini montis Sancti Sorlini nunciantes, et conclusum quod expectentur littere domini dirigende nobilibus et communitatibus patrie; et quod deputentur capitanei ad congregandum pedites in arte militari expertos; nec est confidendum quod communitates tam brevi tempore aliquos pedites ministrare velint.

b) Su correzione. *c) Su correzione.* *d)* presidibus ... Purpurato *aggiunto con postilla autografa alla fine dell'elencazione dei presenti.*

21/14.

1530, ottobre 3. [Torino].

Deinde, die predicta, illico in camera prope cappellam, presentibus dominis comite Fruzaschi, duobus presidibus, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Rof-
5 fia, Caquerano, capitaneo iusticie, Vallimberto et Christoforo.

Fuit loquutum de Iacobino Morgani de Cerveriis, intitulato de decem delictis, et auditus Roffia qui retulit et offert L $\overline{v}$ cum submissione in precedente folio descripta. Fuit conclusum quod scribantur [e] illustrissimo domino ac domino cancellario premissa et qualitas delictorum de quibus intitulatur ac in-
10 ditiorum. ||

Fuit visa littera missiva domine marchionisse Montisferrati directa Consilio circa detentionem Anthonii Rubei de Oglianico detenti in loco Fabrice. Expectetur responsio ultimarum litterarum eidem directarum et, nisi aliter, respondeat et provideat circa relaxationem dicti Rubei. Procedatur ad cap-
15 turam aliquorum de Fabrica ut detur materia ipsum relaxandi. — f 10v

De negocio illorum trium de Monteregali detentorum et nuper captorum et qui fuerint mandati ad capiendum per Sachetum et quos dominus gubernator instat sibi dimitti per iusticiam ministrandam. Conclusio mandetur sibi quod iusticiam ministret, ita quod non procedat ad sententiam seu relaxatio-
20 nem sine licentia Consilii et quod mandetur aliquem ad asistendum eorum examinationi.

De facto aliorum duodecim de Monte arestatorum in hac civitate, qui petunt se relaxari. Conclusio quod expectetur ad cras quo alii, qui nondum applicuerunt, venient et fiet conclusio.

25 De facto Iohannis Scarmane de dicto Monteregali, detento in castro huius civitatis, cuius admissa sunt capitula defensionalia. Conclusio quod sollicitetur expeditio cause quantum fieri poterit.

Item fuit conclusum quod si reperiatur aliquis de Monte Regali in hac civitate delinquens, qui non sit de duodecim arestatis et evocatis, capiatur si sint
30 inditia ad talem capturam. ||

De facto Baldesaris Berteli de Cargnano, habitatoris Roche Guidonis, detenti in domo domini vicarii Thaurini, qui petit se admitti ad composicionem. Conclusio quod sea [f] causa committatur iudici et si sit comdempnandus, condempnet et si sit absolvendus, absolvat et iusticiam faciat. — f 11

35 De facto Bertini Ciliani de Bovixio, cuius bona sunt confiscata et noviter reducta. Petit se non molestari allegando se non delinquisse. Conclusio videantur informationes et fiat iusticia; quod videbitur fiendum.

e) *Su* scribantur *fu cancellato segno d'abbreviazione erroneo.* f) *Così nel testo. Leggasi* si ea

De particularibus Bovixii, intitulatis de homicidio cuiusdam Christofori Ianixerii ex proposito, et contra quos fiscus instat velociter procedi, actenta criminis enormitate. Conclusio quod videantur informationes sumpte et inde procedatur contra homicidas ut ordinabitur et cetera.

De facto Alioni de Saviliano, qui fuit nuper vulneratus per nobilem Iohannem Baptistam Taparelli suum magistrum. Conclusio quod capiatur et poterit habere qualiter est bampnitus ipse Alioni aliunde.

De bonis Iohannis Gasperis de Buruntio, que petuntur dividi et partem suam fisco expediri et ad hoc est arestatus per Valimbertum fratrem ipsius Iohannis Gasperis donec fecerit ipsam divisionem et petitur prorogatio per ipsum fratrem, allegantem infirmitatem tutoris. Conclusio quod de hoc alloquatur dominus thesaurarius illustrissime domine ‖ nostre, cui dicatur magnificum Consilium esse oppinionis ipsum fratrem dicti Iohannis Gasperis arrestatum relaxari per aliquos dies, attenta ipsa infirmitate.

f 11v

Item fuit conclusum quod fiet dilligens inquisitio bonorum mulieris desponsate per ipsum Iohannem Gasperem, intitulate et bampnite et que reducantur ad manus ducales tanquam confiscata.

De facto tumultuum nunc pululantium in Fossano. Conclusum quod mandentur domini advocatus fiscalis et procurator ad sumendas informationes et procedendum contra delinquentes eo meliori modo quo pro nunc fieri poterit, usque quo aliter per magnificum Consilium sit provisum et quod remittantur aliqui caporales in hanc civitatem tenturi arrestum.

De facto communitatis et hominum Ruellii, quos reverendus dominus cardinalis Ypporedie molestat ad causam certarum penarum pro quibus ipsos novissime traxit in loco Novarie ad ipsos magis faticandos ut condescendant ad eius optatum. Conclusio quod mandetur ad eum dominus collateralis Ruffia pro tractando cum eodem ut mandet iura sua ad magnificum Consilium, super quibus et iuribus partis summarie, pro minori partium dispendio, summarie cognoscatur et decidatur. ‖

21/15.

1530, ottobre 4. [Torino].

f 12

Die IIIIa octobris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, collateralibus Roffia et Balbo.

Fuit loquutum de relaxatione illorum de Monteregali, qui comparuerunt et petunt sibi prorogari terminum ad comparendum ad alium diem actento quod nunc sunt in tempore recollectionis vinorum et castanearum, etiam quod in presentia illustrissimi domini ducis Nemousii heri et hodie de mane fuit conclusum quod relaxentur mediante cautione per ipsos prestanda de se representando infra aliquod tempus sub bona pena et interim videbitur quando

negotium gebennense succedet. Videtur eosdem esse relaxandos cum submissione de se representando et cautione unius pro alio et prorogatur terminus comparendi hinc ad XXmam huius, premissis mediantibus, et scribatur illustrissimo domino de huiusmodi resolutione.

5 De Marchiotto Lingot, contra quem proceditur, qui petit se admicti ad deffensiones aut se non molestari vel quod, mediante aliqua grossa pena, detur sibi civitas loco carceris. Mandetur duplum sue supplicationis illustrissimo domino et videtur eum esse admictendum ad faciendam deffensionem extra carceres in quantum ad ea que narrat in dicta supplicatione mediante aliqua 10 bona summa per ipsum persolvenda et supersedeatur usque ad XIIam huius. ||

De differentiis illorum Pinerolii, Vigoni et Macelli occasione fluminis Clusonis. Fuit facta relatio per dominum collateralem Balbum. Domini presides et collateralis Balbus studeant eos appunctuare. (f 12v)

Fuit visa littera missiva vicarii Fossani et Bardesaris de Bruno circa appunc- 15 tuamentum quod tractatur inter illos Fossani. Videtur scribendum eisdem quod studeant[g] componere.

Fuit visa supplicatio Iohannis Catherin Bosardi de Ripolis occasione sex casuum, de quibus intitulatur. Scribetur domino et mandabitur copia domino.

De Iohanne Seoldi qui fuit condempnatus ad amputationem capitis. Fiat 20 executio sentencie contra eum prolate.

Fuit visa supplicatio Heusebii et Bernardini Chivarini de Clavaxio, intitulatis de morte Bernardini Cene. Tractetur compositio.

De Bernardino Roche de Ceres mandamenti Lancei, qui obtinuit sintenciam absolutoriam et intitulatur[h] de homicidio. Offert triginta scutos ut non 25 molestetur occasione penarum per ipsum incursarum et variationis. Fiat, dummodo homicidii non sit reus. ||

De Iohanne Philipo ... intitulato de assistentia homicidii perpetrati in personam ... Tractetur compositio et exhibeat supplicationem. (f 13)

21/16.

30 1530, ottobre 7. [Torino].

Die VIIa octobris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato.

Fuit loquutum de negocio gebennense; visis prius litteris domini et omnibus rite discussis, fuit conclusum quod expectentur nobiles et[i] communi- 35 tates quibus dominus scripsit ut dehinc opportune provideatur. Videtur etiam quod deputentur capitanei qui eligant homines armorum expertos et quod

g) *Su cancellatura.* h) *Su correzione.* i) *Segue* collaterales *cancellato.*

perquiratur modus ad inveniendum peccunias pro militibus persolvendis et levandis. Interim videantur qui grati erunt pro negociis dirigendis et nobilibus et communitatibus ut eorum suasu omnia bonum finem consequantur et alias prout domino fuit scriptum iuxta id quod continetur in minuta que est in glacia.

Quoad illos de Monteregali ac alios bampnitos, videtur compositiones tractandas actento quod, negocio gebennense ulterius progrediente, erit neccesse facere remissionem malefactoribus generalem aut dare salvumconductum ad tempus. Et, hoc mediante, dominus nullas faciet compositiones et prorogationes, quas usque ad presens distulit facere, facere cogetur et gracias facere absque aliquo commodo sibi evento. Quare rescribatur excellentie sue. ||

f 13v De filio Bertholini de Ast vercellensi detento in castro Vercellarum, quia communitas dicti loci dictum [l] prosequitur ut ministretur iusticia. Videtur respondendum quod apportentur informationes et expleta ut provideri possit; interim procedat usque ad sintenciam diffinitivam exclusive et non procedatur ad relaxationem ipsius, domino aut Consilio inconsultis.

De bonis filie nobilis Iohannis Petri de Burgomaxino, uxoris nobilis de Buruntio. Mandetur commissarius qui reducat ad manus domini tam erga colonos quam [m] emphiteotas et alios penes quos consistunt.

De Valeriano Larnagni de Montecallerio, intitulato interfuisse homicidio perpetrato in personam Philiberti Bulla et eidem unum ictum lapidis in fronte prebuisse. Fiat gratia mediantibus viginti scutis solis.

De Iohanne Petro Panisseria, detento, qui petit sibi dari procuratorem et advocatum ut ipsos informare possit; et fuit assignatus ad exhibendum eius gratiam et faciat apportare pulveres adamantis quos dixit fuisse tradictos per Catherinam uxorem Marchiotti Darmelli.

De quadam muliere que accusavit Marchiottum Darmellum quod per eius virum fecit interfici unum presbiterum. Videatur eius depositio et examinetur alia mulier quam dicit fuisse presentem dum Marchiottus imposuit alteri ut dictum presbiterum interficeret.

De altero fratrum Viennesii, qui verberavit quamdam mulierem in domo eius fratris, licet esset in salvigardia. Procedatur.

De Philiberto Canavoxii, intitulato de violencia cuiusdam mulieris cum verberibus et petit gratiam. Fuit conclusum quod faciat supplicationem et deinde providebitur. ||

f 14 De Francisco de Rippa de Fruzasco intitulato de homicidio perpetrato in personam Michaelis Assuyzii. Quia ex relatione domini presidis Purpurati casus est malus, videtur gratiam non esse fiendam.

l) *Su cancellatura.* m) *Segue* dios *cancellato.*

21/17.

1530, ottobre 9. [Torino].

Die IXa octobris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi et presidibus Passerio et Purpurato.

5 Fuerunt vise littere domini circa negocium gebennense et congregacionem nobilium et communitatum patrie et visum memoriale mandatum per dominum et conclusum quod in congregacione fienda fient predictis nobilibus et communitatibus debite demonstrationes ut omnia succedant voto domini.

21/18.

10 1530, ottobre 10. [Torino].

Die Xa eiusdem, presentibus quibus supra.

Fuit auditus prepositus Sacquetus circa milites equestres quos petit persolvi. Videatur illos esse solvendos dummodo faciat aliquas bonas exequutiones. Alias non.

15 De Philipo Rostaing qui fecit unam falsam testimonialem cuidam infecto peste. Videatur illa testimonialis et examinetur et etiam Franciscus Richardi et quidam Cirio.

Fuit visa supplicatio Bernardini et Heusebii de Chiavarinis patris et filii intitulatorum de morte Bernardini Cene. Fuit conclusum gratiam fiendam 20 mediantibus XXV scutis.

Fuit visa supplicatio Dominici de Guideto intitulati de morte Anthonii Iacoloni de Strambino in deffensionem Ludovici Orengie eius cognati. Apportentur informationes et videantur.

De Michaele Bonifilii de Centalo, qui intitulatur de morte cuiusdam Ema-25 nuelis Magli, eundem per testiculos trahentem; et habet instrumentum pacis. Fiat gratia mediantibus X aut XII scutis. ||

21/19.

1530, ottobre 11. [Torino].

Die XIa octobris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus f 14v 30 Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scalengiarum.

Comparuerunt nobiles et comunitates patrie Pedemontium, quibus fuit per dominum presidem Passerium declarata instructio per dominum mandata circa negocium gebennense et subventionem equestrium et pedestrium per dominum

petitam. Qui particulariter se obtulerunt, ut moris est, sed, quia concernit universitatum communitatum, petierunt terminum ad refferendum et redeundum. Qui fuit datus ad XXIIam huius, qua die fiet per eos responsio opportuna. Et erant nuncii communitatum Thaurini, Vercellarum, Montiscallerii, Yporedie, Bugelle, Bagnolii, Bargiarum, Vigoni, Cargniani, Clavaxii, Sancte Agate, Caballarii Maioris, Pignerolii et Cherii.[n]

Nomina vero nobilium sunt hec:

P.o dominus Chabertus dominus Staponixii, dominus Collegn, dominus Virlati, capitaneo Clavaxii, domino Iohannes Franciscus de Solerio, dominus Nycolaus Provana, dominus Ayrasche, capitaneus Ipporedie, dominus Scarnafixii, dominus Georgius ex dominis Caballarii Leonis, dominus Anthonius de Arcorio, dominus Druencii.[o]

21/20.

1530, ottobre 12. [Torino].

Die XIIa eiusdem applicuit nobilis de Beaufort cum instructionibus quas communicavit dictis dominis qui postea congregati mandaverunt comunitatibus ac nobilibus qui nondum recesserant et aliis qui de novo venerant ut ad castrum accederent.

Quibus nobilibus et nunciis communitatum insimul congregatis dictus dominus preses exposuit insultus descriptos in dictis instrumentibus et maiores qui fieri poterint nisi succurratur cum persuasione subventionis fiende. Tandem, precedentibus debitis oblationibus nobilium et dictorum nunciorum, pecierunt terminum ad refferendum et responsionem faciendam. Quibus datus fuit ut supra.

Et erant presentes nuncii communitatum locorum Thaurini, Vercellarum, Cherii, Yporedye, Sancte Agate, Bargiarum, Verruce, Vigoni, Clavaxii et Bugelle et ex nobilibus domino Stapunixii, de Drox, Druenti, Azelii, Laynicii, capitaneus Clavaxii et capitaneus Yporedie de Strita.[p] [q]

n) Thaurini ... Cherii *scritto da mano diversa, con inchiostro differente.* *o)* P° dominus ... Druencii *scritto da mano diversa, con inchiostro differente.* Dominus Scarnafixii ... Druencii *muta il colore dell'inchiostro.* *p)* et ex ... Strita *aggiunto a margine con postilla autografa.* *q)* *Nell'ultimo foglio ‹verso› v'è scritto* S. Damiani et Caramagnie

22.

1530, ottobre 12 - 1530, novembre 9.

REGISTRE DE CONSEIL

Encommencé le XIIe d'octobre 1530.
Auxilium a Domino.
Chatel.

22/1.

1530, ottobre 12. [Torino].

Duodecima octobris 1530, presentibus dominis comite Fruczaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto ex dominis Scalengiarum et gubernatore Montisregalis.

Fuit loquutum de facto granorum detentorum per dominos Lombriaschi, allegantes grana ipsa fore confiscata propter inhibitionem factam noviter de non extrahendo a patria et conclusio fuit quod non molestentur occasione pene imposite. Quo vero ad reliqua, observentur littere domini.

De hominibus Avillianie, qui dicunt deperdisse eorum privillegium de sindicatu || tenendo per officiarios dicti loci; et petunt extrahi a protocollis sive registris Ruscacii, licet per eius substitutum fuerit receptum. Differtur pro nunc.

De gratia illorum trium de loco Virlarum, que fuit conclusa in presentia domini cancellarii ante recessum domini. Expediatur mediantibus XXV v̄, quos recepit Fauzoni nomine eius fratris et fuit signata per Marruchi.

22/2.

1530, ottobre 14. [Torino].

Die XIIIIa [r] octobris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus Passerio [s] et Purpurato, collaterali Roffia et advocato Caquerano ac Vallimberto.

Fuit facta querela per dominum Lazarum ex marchionibus Ceve, vicarium Fossani, quod non potest exercere eius officium propter bampnitos qui sibi inferunt minas et, nisi aliter provideatur, cogetur relinquere officium cum voluerint verberibus afficere et occidere eius cavalarium. Examinetur vicarius cum eius familia et deinde Christoforo examinet reliquos ut provideri possit. Et constito,[t] arrestetur dominus Bolerus de Boleris receptator bampnitorum et

r) *Su correzione.* s) *Su correzione.* t) *Segue* det *cancellato.*

qui scripsit dicto vicario litteras minatorias. Audito domino Vallimberto, fuit[u] conclusum eum esse arrestandum donec responderit et alias provisum sit. ||

f 2 De quinque qui interfuerunt homicidio filii Iacobini Mantilerii, quorum conclusio fuit iam de mense septembri proxime fluxo, quod fieret gratia excluso occisore mediantibus C v̄, qui occisor nominatur Thomas Rebuffi. Scribatur illustrissimo domino, cui mandetur duplum supplicationis. 5

De Philiberto Canavoxii intitulato violasse quandam filiam. Faciat supplicacionem.

De Dominico de Guideto de Strambino, intitulato de morte Anthonii Iacoboni et petit gratiam attento quod fuit in deffensionem egregii Orengie eius cognati. Fiat gratia mediantibus XXV v̄ solis. 10

De egregio Francisco Lesca, qui intitulatur recepisse a patre Iohannis Seoldi VIIc ff. pro gratia dicti Seoldi et non persolvit nisi XXXV v̄ pro composicione. Fiant littere commissionales et sumantur informationes. De Georgio Fenolli de Burgo Sancti Dalmatii, detento in loco Cunei, intitulato de assistentia homicidii perpetrati per Iohannem eius filium. Fuit facta relatio per dominum presidem Purpuratum et petit gratiam pro se et eius fratre etiam assistente. 15

De Berthino de Ceglano, intitulato quod temptavit scallare menia Bovixii pro extrahendo quemdam captivum et fuit condempnatus per ordinarium ad L ff., et petit se non molestari ultra formam sentencie. || 20

f 2v Dicta die comparuerunt communitates Montisregalis, Cunei, Bovixii et Montiscaprelli ac dominus procurator ex dominis Podivarini qui se obtulit ducturum illustrissimo domino mille pedites.

22/3.

1530, ottobre 16. [Torino]. 25

Die XVI octobris 1530, in camera bassa, penes cappellam, presentibus domino comite Fruzaschi, dominis presidibus, Chaberto de Scallengiis, collaterali Balbi, advocato Caquerano et capitaneo iusticie.

De conquerentibus de prohibitione facta de non extrahendo grana a patria pedemontana, qui sunt illi de Cargnano. Conclusio quod mediante rapporto qualibet hebdomoda[v] possint extrahere grana. Et interea scribatur domino. 30

De facto mercatoris alexandrini qui emerat grana ante ipsam prohibitionem. Fuit conclusum quod, reperientibus emptoribus in patria qui exbursent peccunias ipsius quod fiat; alias, attento quod non est in dolo et quod fecit plures expensas, quod relaxentur eidem. 35

De Berthino de Ciglano. Fiat gratia mediantibus XXVIII[z] v̄ solis. ||

u) *Segue* conclusum *cancellato.* v) *Così nel testo.* z) *Corretto su* XXX

22/4.

1530, ottobre 17. [Torino].

Die XVIIa octobris 1530, presentibus dominis comite Fruzaschi, presidibus Passerio, de Publiciis et Purpurato, domino Chaberto ex dominis Scallengiarum, Stapunixii et de Drox, collateralibus Scallia, Sancti Martini et Roffia, advocato Caquerano et capitaneo iusticie, de mane. f 3

Fuit auditus dominus preses Publiciarum super facto Suytensium et fuit disceptatum de modo tenendo pro habendis peccuniis ut succurratur negotiis arduis in presentiarum occurrentibus illustrissimo domino et conclusum quod, pro peccuniis in promptu habendis, erit neccesse quod illustrissimus dominus revocet prohibitiones factas de non extrahendo grana; alioquin non erit modus habendi peccunias nec nobiles patrie absque vendicione granorum suorum ullomodo possent sibi inservire.

22/5.

1530, ottobre 17. [Torino].

Die predicta,[a] presentibus dominis comite Fruczaschi, tribus presidibus, collaterali Scallie, gubernatore Montisregalis et Florimondo ex dominis Montis Novi, post pramdium.

Visa littera ducis et gubernatorum Ianue[33] circa grana empta per quendam Brignonum || ianuensem,[b] que petunt extrahi non obstante prohibitione, quia habet litteras illustrissime domine decretas. Expectetur donec eas presentaverit. f 3v

De negotio gebennensi. Videatur modus pro peccuniis habendis et potior est ut habeantur grana; et dominus preses Paserius offert, licet suportaverit anno presenti plura onera, se daturum potiorem partem grani sui et ultra premissa tercentum homines.

Dominus collateralis Scallia offert quicquid grani habet.

Fuerunt ellecti, pro peditibus conducendis in loco Cuney, Carolus Morer, Iohannes Peninus, Ferrerii et in civitate Montisregalis Iohannes Anthonius Bigloni, Iohannes Anthonius de Vivalda et Thomas de Bruno. ||

22/6.

1530, ottobre 18. [Torino].

Die XVIII octobris 1530, presentibus dominis comite Fruczaschi, tribus presidibus et gubernatore Montisregalis. f 4

a) Su correzione. *b) Su correzione.*

33. Uberto Cattaneo.

Spectabilis dominus Emelianus de Sandiliano fuit auditus super per eum expositis parte dominorum Vischarum et, licet inconsulte peregerint, fiat commissio domino collaterali Cara et capitaneo iusticie ut accedant ad eundem locum, captivos et bona restitui faciant partibus et quibus expedierit ne ad alium actum exequutivum nec ad armorum congregationem ulterius procedant, inhibeant et cetera, citando partes coram Consilio residenti cum iuribus et cetera.

Fuit visa supplicatio domini Anthonini de Provanis petentis sibi remicti confiscationem bonorum suorum, se offerendo uxor sua si bona sibi [c] remictantur pro gratia iam concordata, triginta scutos infra tempus ei stabiliendum, ipso vel eius || uxore solvendos infra tempus prefigendum. Fiat gratia cum remissione penarum et bampni.

De peccuniis habendis pro negotiis domini. Nichil conclusum fuit.

De grano relaxari petito per nuntium ducis et gubernatorum civitatis Ianue. Fuit visa littera missiva et auditus dictus nuntius, qui petit relaxari ad mentem dicte lictere missive, fuit remissus donec habito responso a domino, cui ample scribetur de huiusmodi negotio.

De supplicatione domini Ogerii Fauzoni; nichil conclusum. ||

22/7.

1530, ottobre 19. [Torino].

Die XIX octobris 1530, presentibus domino Fruzaschi, presidibus Pedemontium, Purpurato et Publicis, de Noni, collateralibus Scallie, Cara, Ruffia et Droxii.

De insultu Viscarum; ut obvietur ne maiora scandala eveniant, conclusio accedat ibidem dominus collateralis Cara cum commisiione, qui studeat partes apponctuare.

De facto Suytensium, pro quo illustrissimus dominus noster scripsit et de modo tenendo pro habendis peccuniis. Conclusio accedat dominus collateralis Scalia ad reverendissimum dominum cardinalem Epporediensem et videatur si super aliquo locorum ipsius illustrissimi aut iocalibus illustrissime domine nostre posset haberi aliqua quantitas peccuniarum.

22/8.

1530, ottobre 21. [Torino].

Die XXI octobris, presentibus domino Fruzaschi, Passerio, Purpurato, collateralibus Scalia, Balbo, Alexandrino et Ruffia.

c) *Nell'interlineo.*

De facto Viscarum fiat nova commissio Thome Manye cavalcatore ducali, qui ad eundem locum accedat pro fiendis prohibitionibus hinc inde, prout plenius continetur in ea.

22/9.

5 1530, ottobre 21. [Torino].

Eo die post prandium, presentibus quibus supra.

De locis Fossani, Cunei et Montisregalis, in quibus fiunt rixe. Provideatur quam primum. ||

De Iacobino Morgani, qui offert L v̄ pro penis submissionis per ipsum facte f 5v
10 incursis cum promissione et cautione prout anthea se obtulerat. Expectetur responsum domini.

Supervenit dominus Raconixii, cui fuit expositum negocium gebennense, qui se obtulit facturum ut bonum vassallum decet.

De induciis biennalibus petitis per communitatem Sancte Agathe. Fiant
15 usque ad diem XV augusti, media cautione per eos prestanda.

Fuit auditus dominus collateralis Cara super negocio Viscarum, cuius relacione audita, fuit conclusum quod fieret nova commissio domino cappitaneo iusticie et castellano Ipporediensi, qui illuc accedant pro litte sedanda et quod scriberetur domino Maxini ut operam suam circa id interponat nec similiter [d]
20 domino Seraphino de Mazadio et ulterius quod non relaxet captivum.

Dicta die dicti domini dederunt licentiam domino Hectori ex dominis Noni, contemplatione domini admirali Rhodi et eius nepotis, extrahendi centum saccos frumenti a patria ducali absque alicuius pene incursu. ||

22/10.

25 1530, ottobre 22. [Torino].

Die XXIIa octobris, presentibus domino comite Fruczaschi, tribus presi- f 6
dibus, Chaberto, Iohanne Marcho de Solario, Marcoto de Falletis, domino Monasterolii et [e] de Plozasco.

Fuit consultum de negotiis gebennensibus et proponendis dominis nobilibus
30 et communitatibus parte domini et conclusum quod petatur subventio hominum belligerorum absque declaratione alicuius peccunie, ne communitates id facere recusent tamen aliquo bono medio et aperto poterit fieri mentio subventionis peccuniarum in suspenso et exhortari nobiles ut se promptos ad id offerant, exemplum communitatibus prebentes.

35 De facto Viscarum satis loquutum, nichil conclusum.

d) Su correzione. *e) Su correzione.*

22/11.

1530, ottobre 23. [Torino].

Die XXIIIa eiusdem, de mane, presentibus domino comite Fruczaschi et tribus presidibus ac collateralibus Scallia, Alexandrino, Roffie, advocato Caquerano. 5

Fuit factus sermo nobilibus et communitatibus patrie de negocio gebennense nec non de incendiis, homicidiis, raptibus, sacrilegiis ecclesiarum, concussionibus ac ecclesiarum et nobilium libertatum incomodis factis et emergentibus per Suitenses in patria domine et petita [f] ‖ subventio peditum et equestrium pro deffensione fidei, persone principis et patrie ultramontane per dominum presidem Pedemontium et facta demonstratio de natura Helvetiorum, quos aut armis, aut peccunia, a patria deiici opportet; super quibus per nobiles et comunitates, organo illustrissimi [g] domini Raconixi parte nobilium et magistri Georgii ... phisici thaurinensis parte communitatum, fuit petitus terminus se congregandi et consulendi, qui [h] fuit datus, et remissa responsio ad horam XXIIam. Qua dicti nobiles et communitates propter diversitatem opinionum non comparuerunt, sed remissi extiterunt in crastinum hora vigesima.

f 6v — 10 — 15

22/12.

1530, ottobre 24. [Torino]. 20

Die XXIIIIa eiusdem, presentibus domino comite Fruzaschi, tribus presidibus, collaterali Roffia et Alexandrino, post prandium.

Fuit factus sermo de responsione communitatum que, ex relatu aliquorum nobilium, nolebant se ad votum principis exhibere, licet nobiles cismontani se offerent celsitudini ducali in hiis arduis negotiis inservire iuxta earum facultates, licet ad id non sint astricti; et conclusum oblationem per ‖ nobiles fiendam fore acceptandam. Quo vero ad communitates, quia deputati, maxime Vercellenses, se super annone penuria hispanarumque devastationes et alia onera per patriam supportata [i] excusantes totaliter negabant aliqualem subventionem se posse facere, fuit conclusum potius aliquam aliam dietam fore capiendam quam imperfectam relinquere.

25 — f 7 — 30

Et statim, coram predictis dominis, astiterunt nobiles et deputati communitatum, suprascripta pro responsione dicentes, quibus persuasum extitit nobilibus videri ut bono proposito eorum persistere vellint, vitantibus vero parte illustrissime domine requisitum; et demonstratum illustrissimum principem se responsionis predicte fore irritandum, nec vellet ipsa illustrissima domina, que

35

f) *Segue* subventio *cancellato.* g) *Su correzione.* h) *Su correzione.* i) *Segue* totali *cancellato.*

patrie et subditorum decus et utilitatem sincere desiderat, pro bono et ipsius patrie erga principem inveterata observantia manutenendi eius exercitum certiorari. Quare consulit et hortata est eos nuntios communitatum aliam dietam elligere, quo interim suos consules et credendarios, onerum illustrissimi principis inscios, de eisdem informare possint ut in proxima dieta responsum principi || magis gratum fieri procurent.

Quod facere differebant pluresque adversum exposita parte domini inferebant et maxime de deffectu iusticie de sale, quod ultra formam privillegiorum gabelle et conventionum multo maiori precio [l] venditur; de prohibitione extrahendi grana a patria; de inobservancia capitulorum et conventionum; de exactione ultimi subsidii ante tempus terminorum statutorum exacti ac penarum pretextu ipsius declaratarum; necnon salariis commissariorum ad exactionem deputatorum, que ad bonam summam peccuniarum ascendunt; tamen, suasu dictorum dominorum, qui prius factis omnibus debitis admonitionibus et obiurgationibus ac vicinorum statuum subditorum oneribus demonstratis, que in nichillum per ipsos dure cervicis et salutis ingratos extimate extitere ut tamquam patrioti eis aliam dietam elligere consuluerunt, eandem || ad diem octavam novembris proximi ellegerunt et acceptarunt. Quo tunc responsionem illustrissimo domino aut eius deputatis facient et fieri procurabunt.

22/13.

1530, ottobre 25. [Torino].

Die XXV octobris, presentibus domino comite Fruzaschi et tribus presidibus.

Quia nobiles patrie et etiam aliqui ex communitatibus, hoc mane congregati coram dicto domino Fruzaschi, conquesti sunt de serramento granorum, dicendo se non posse preparare nec arma et equos comparare, nisi mediante vendicione granorum suorum, quodque huiusmodi prohibitionis pretextu nobiles et fere tota patria patitur nec cedit in commodum alicuius nisi certorum artistarum et aliorum rusticalium qui propter abondantiam granorum inutiles efficiuntur, adeo ut iam predicta inculta fere remaneant, cum stippendia longe maiora solito expectant etiam [m] bobulci et, hoc stante, grano vili pretio etiam quod interim merchantie non venduntur minori sed altiori pretio, ex quo totum damnum infertur nobilitati et rei publice, hiis exceptis, et ulterius quod muliones qui ad locum Carignani mercancias defferre solebant propter onera refferenda que non habent, ad locum Carmagnolie recipientur, adeo ut mercatum ipsius loci totaliter ruinatur.[n]

l) *Segue* vend *cancellato.* m) *Segue* pe *cancellato.* n) et ulterius ... ruinatur *aggiunto in margine con postilla autografa.*

Quarum supplicationum illustrissimam dominam huiusmodi prohibitiones nunc nunc revocare ut se promptiores serviciis ducalibus exhibere possint; quo tunc illustrissima || domina iussit eosdem collaterales cum presidibus evocari et huiusmodi negocium tratinare et quod iustum eis videtur fiet, licet votum principis sibi videtur expectandum; et, premissis omnibus rite consideratis, fuit conclusum litteras revocationis fiendas usque ad adventum domini et donec aliter per excellentiam suam fuerit provisum et, hoc medio, principis manus sunt immunes nec remaneant ligate, quod si grana excedunt debitum pretium, non possit itterato prohiberi extrahenda. Advertat tunc dominus ut super hoc eius votum mandet.

Fuit loquutum de domino Iohanne Balliano, nuntio Ianuensi, et conclusum quod relaxetur sibi quantitas granorum per ipsum petita bono tunc modo ac si expresse relaxatio generalis sui contemplacione facta foret, et perquirat dominus preses Passerius aliquam viam quod muliones, qui grana predicta deportabunt, maiorem quantitatem salis quam poterint afferant sueque indempnitati patrie succurritur scribatur et fiat responsio Ianuensibus predictis. ||

Fuit loqutum de comite Crexentini, qui vult invadere ipsum locum et congregaciones ad hunc effectum facere. Fuit conclusum quod mandetur aliquis cum litteris illustrissime, qui ipsum exhortent a talibus desistere. Similiter de facto Viscarum, quod accedat capitaneus iusticie et studeat componere cum nobilibus, adeo ut relictis aliquibus ad custodiam castri ac recepti subditos in eorum domum recipere permittant citenturque partes cum iuribus coram Consilio ut possint appunctuari; et fiat salvus conductus ad hunc finem nobilibus per unum mensem.

22/14.

1530, ottobre 26. [Torino].

Die XXVI octobris 1530, presentibus domino comite Fruczaschi, preside Purpurato et Chaberto de mane.

Fuit conclusum quod Thomas de Bruno, media cautione per ipsum prestanda ac submissione de summa v̄ Vc solis de adeundo infra VII dies ad illustrissimum dominum dominum et, casu quo non composuerit cum eodem infra alios X dies, redeundo in aresto quo nunc subest et quod non ingrediatur quoquomodo ad civitatem Montisregalis nec attentetur eiusdem relaxatio. ||

Paulo post, eodem die, presentibus dicto domino Chaberto, Hugone et Marchiandi secretario.

Dictus Thomas se submisit sub pena Vc v̄ solis [o] de qua et cetera illustrissimo domino nostro duci donationem irrevocabilem inter vivos casu quo con-

o) Su abrasione.

trafecerit. De [p] adeundo principem infra septem dies, hodie inchoandos, et casu quo non obtineat rescriptum aut concordet cum illustrissimo de redeundo, infra alios decem dies immediate sequuturos, tenturus arrestum in hac civitate Thaurini prout nunc tenet et cavit per nobilem ... de Moroxio de Monte-
5 regali pro consimili pena, quem promictit indempnem ab huiusmodi fideiussione servare cum ceteris opportunis. In forma et cetera.

22/15.

1530, ottobre 26. [Torino].

Dicta die, hora XXa, presentibus dominis comite Fruzaschi, tribus presi-
10 dibus, Chaberto ex dominis Scallengiarum, in camera domini principis.

Fuerunt vise littere illustrissimi cum aliis domini de Musinens et aliorum oratorum Gallie existentium ac memoriali mandato, et desceptatum longo tempore de facto relaxationis granorum quam illustrissimus suis litteris prohibet fiendam et finaliter, omnibus bene inspectis, maxime verbo dato parte
15 illustrissime domine nobilibus et communitatibus patrie cismontane || de ex- f 10
trahendo ac etiam responsione facta Ianuensibus, fuit conclusum licentiam per dominam datam firmam remanere et quod apponatur in litteris dicte licentie, ita quod non possint grana vehi nec extrahi per flumen Padi; et quod ducet dictam licentiam usque ad adventum domini, aut donec per eundem aliter
20 provisum vel mandatum extiterit et hoc medio pratica illustrissime domine cum domino Cathaneo Ferrier sortietur effectum; et scribatur domino ad plenum de causis et motibus propter quos illustrissima domina dictam licentiam concessit, et de tocius negocii meritis; quod et factum extitit prout in minuta existenti in glacia.

25

22/16.

1530, ottobre 26. [Torino].

Die predicta, in camera inferiori, presentibus domino comite Fruzaschi, tribus presidibus, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Roffia, de Drox et Caquerano.

30 Iohannes [q] Maria ... servitor et sollicitator magnifici comitis Crescentini conquestus est quod bampniti dicti loci ibidem resident et receptantur per incolas Crescentini, licet fuerit processum contra eos ad formam edicti Cargnani et hoc deffectu iusticie et quod dominus relinquit comitem a subditis opprimi,[r] prout alias conquestus est in quadam supplicacione dominis porrecta, || petendo f 10v
35 a principe quod iusdicens dicti loci fortem faciat ut scelesti iuxta demerita plec-

p) *Su correzione.* q) *Precede* dominus *cancellato.* r) a ... opprimi *aggiunto con postilla autografa a margine.*

tantur; cui fuit responsum quod porrigat supplicacionem, quo medio intendit quod princeps eum fortem faciat et quod providebitur et si velit quod princeps provideat de uno commissario qui nomine principis, actento quod nullus est officiarius, officium iurisdicionis exerceat, aut si malit habere a principe commissarium, qui iusdicenti assistat; et se obtulerunt meliori modo quo poterunt providere. 5

22/17.

1530, ottobre 29. [Torino].

Die XXIX octobris 1530, presentibus domino Fruzaschi, presidibus Passerii et Purpurato, Scallengiis, capitaneo iusticie. 10

De facto Vischarum; quia domini eiusdem loci iam quindecim diebus ellapsis tenuerunt et tenebunt de novo gentes exteras nec non et alios ducentum ex subditis duobus de locis Cherii et Montiscallerii, qui destruunt locum ipsum minanturque ruinare muralias. Conclusio quod accedat illuc dominus capitaneus iusticie cum commissione, qui precipiat et prohibeat ut in eo et quod vadat cum eo Valimbertus [s] ad sumendas informaciones super excessis. || 15

22/18.

1530, ottobre 30. [Torino].

f 11 Die XXXa octobris 1530, in cappella illustrissimi domini principis, presentibus domino comite Fruczaschi et preside Purpurato. 20

De Moncamino. Facta restitucione uxoris et bonorum Milano fiat gratia mediantibus XXV aut XXXV $\overline{\text{v}}$ solis. Alloquantur dominus Franciscus de Cassano.

De Bozardo. Fiat gratia ad mentem rescripti domini et prout in libro domini cancellarii describitur moneatur Merma. 25

De Iacobino Morgan de Cerveriis, qui obtulit L $\overline{\text{v}}$ pro remissione Vc $\overline{\text{v}}$ penarum commissariis et mediante submissione de qua [t] iam ante informetur dominus ad longum.

De Givo. Sollicitetur via iusticie.

De Iohanne Seoldi. Procedatur. 30

De Falcono Belli de Avillania. Scribat [u] dominus preses patrimonialis aut dicat alter procuratorum domino Iohanne Petro de Coperiis ut veniat.

De Lingotto, qui fuit citatus compariturus personaliter sub pena confiscationis bonorum et delicti pro confesso. Si compareat infra Iam novembris poterit arrestari per civitatem; nichillominus poterit fieri sermo in Consilio. 35

s) *Corretto su* unus ex fiscalibus t) *Corretto su* quibus u) *Su* scribatur *cancellato.*

De fratribus de Boleris. Differtur negocium, expectando adventum domini.

De iugalibus Mora de Villario Bassiarum, intitulatis de morte primi mariti ex veneno. Capiantur ambo. ||

f 11v

De Sallugiis. Fuit sibi datus terminus per decem dies, ut veniat componendus.

De Anthonio Avari qui verberavit servientem et de violencia mulieris ac aliis seditionibus et obtinuit gratiam super morte fratris. Citetur cum gratia fratris.

De Vincentio de Buruntio, ratione homicidii. Procedatur etiam contra complices.

De homicidio perpetrato in loco Crescentini. Sumantur [v] informationes.

De Deffendente de Ferreriis de Bolengo, intitulato [z] de homicidio. Tractetur compositio et evocetur Ceneriis.

De filio Berthollini d'Ast detento in loco Vercellarum. Scribatur illustrissimo domino et de querella Vercellensium.

De nobili de Mazino, cuius bona sunt confiscata et filius domini Seraphini de Valpergia qui aliam sororem in uxorem habet et petit bona dividi et partem sue uxori spectantem sibi relaxari. Tractetur venditio cum eodem nobili de Valpergia, et dehinc scribatur illustrissimo domino nostro.

De Michaele Gabia filio Christofori, super homicidio; scribatur ordinario Cargnani ut mandet informationes et si casus debeat componi, fiat.

De Anthonio Oliverii et Stephano Berthelli de Cargnano habitatore Cunei detento ac Iohanni [a] Carmaignia de Monteregali. Capiatur resolutio ut possit iusticia fieri. ||

f 12

De Matheo Molea de Vico Montisregalis pro homicidio Symonis Bellini de Vico. Sollicitat Thomas de Bruno sunt 4 anni elapsi.

De fratribus de Oiens qui offerunt [b] LX v̄ solis. Scribatur domino.

De Caudana. Exigantur debitores et maxime communitas Piperagni pro summa C ff. et reducantur bona ad manus domini.

De Francisco ... Barberio, intitulato de falsa moneta, qui petit gratiam et fuit olim detentus in loco Vercellarum. Deteget complices et solvet aliqualem compositionem. Tractetur compositio cum collaterali Scallia et fiat salvus conductus per XV dies a data litterarum.

De gratia Dominici de Guideto pro homicidio Anthonii Iacoboni de Strambino quam sollicitat Orengia. Scribatur domino cancellario si fuerint oblati LXXX v̄.

v) Su pro *cancellato.* *z) Su* tr *cancellato.* *a) Segue* Cargna *cancellato.* *b) Segue* LXX *cancelato.*

De Georgio Fenolli de Burgo Sancti Dalmacii, detento pro homicidio facto per filium. Tractetur compositio.

De Anthonio Torrozan de Cuneo, qui habet gratiam dummodo bene vivat et interfuit seditionibus Fossani et Cunei. Citetur apportaturus gratiam pretextu necis nobilis Francisci Fallet, sub pena privationis gratie.

De [c] Francisco Maca de Fossano, qui obtinuit gratiam cum [d] clausula dum bene vivat et casu quo aliquod delictum per ipsum fiat, quod sit privatus gratie. Interfuit ut precedens; citetur ut supra. ||

f 12v De Matheo de Abbate de Piperagno, intitulato de assistentia homicidii. Licia est informatus.

De Guillelmo Galli, filio Ianeti de Andurno pro homicidio Comine uxoris Berthini de Prato. Idem Licia.

De homicidio commisso per Anthonium Grosso de Andurno in Bartholomeum Ricansonii. Idem est informatus.

De Thoma Rebuffi, qui interfecit filium Montillierii et aliis assistentibus. Expectetur responsum a domino.

De Petrino [e] Pastoris. Dividantur bona cum fratribus et, casu quo se iuvare intendat, sentencia appelletur a die noticie eiusdem.

De Rustino de Pane. Differatur usque ad adventum domini.

De Pistoni, qui interfecit Bernardinum Tornaschi. Procedatur.

De Francisco Perrolerii, intitulato de homicidio in personam nobilis Francisci Falleti. Capiantur bona que iam sunt confiscata.

De Petro Gossa, detento Cunei pro homicidio. Habeatur conclusio [f] a Christoforo, ut possit procedi.

De Philiberto Canavoxii. Tractetur compositio.

Scribatur dominis de Camera quod videant si generalis Galleratus computet pro gratia [g] XIII de summa tercentum florenorum. ||

22/19.

1530, novembre 2. [Torino].

f 13 Die II novembris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato et collateralibus Ruffia, Balbo et ...

De domino Anthonino de Provanis, qui porrexit supplicationem. Prorogatur sibi terminus de non molestando eum per totam presentem hebdemodam.

c) Su cancellatura. *d) Su* de *cancellato.* *e) Su parola cancellata, ora illeggibile.* *f) Su* pro *iniziale, cancellato.* *g) Su parola cancellata, ora illeggibile.*

De domino Iaffredo de Mazadio, conquerente quia non ministratur sibi iusticia super divisione bonorum condam domini Iohannis Petri de Maxino. Committitur egregio Ferrariis, qui accedere habeat super loco pro lotis fiendis ut dehinc, habita eius rellatione, provideatur de opportuno iuris remedio.

De duabus mulieribus Casellarum. Dominus preses Pedemontium alloquutus fuit sollicitationes cause ventillande coram Consilio cismontano. Conclusum quod thesaurarius vadat ad eum et videatur concordare negocium.

De Marquioto Lingoto, citato sub pena confiscationis bonorum. Comparuit et fuit conclusum quod arestetur per civitatem, media submissione de non recedendo et se quolibet die presentando in castro coram domino comite Fruzaschi, donec aliud fuerit per illustrissimum dominum nostrum aut per magnificum Consilium ordinatum aut mandatum sub eadem met pena et presentiam delicti pro confesso. ||

f 13v De detentis per crimine heresis in valle Peruxie. Conclusio mandentur informationes domino presidi patrimoniali, quibus visis, providebitur pro iusticia; intera non extrahantur a loco quo nunc sunt.

De Iacobino Jemin de Cargnano, intitulato de homicidio in personam Mini Viroti. Videantur informationes.

De mercato petito per homines vallis Peruxie. Fiant littere mediantibus scutis triginta solis.

De Aymone Blameto de Sparrono, qui petiit se non molestari occaxione expeditionis subsidiorum. Fiant littere dummodo moram trahat extra dominia ducalia.

Die II novembris 1530, nobilis Marchiotus Lingot se submisit tenturus arrestum per civitatem sub pena pronunciationis delicti pro confesso et confiscationis bonorum de qua donatione illustrissimo domino nostro presentibus egregiis et Amerio de Centoris et Francisco Rebuffi. ||

22/20.

1530, novembre 3. [Torino].

f 14 Die III novembris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi.

Fuerunt auditi dominus cappitaneus iusticie et magister requestarum Valimberti super facto Viscarum et conclusum quod redigant in scriptis precepta per ipsos ac cavalcatores de eorum mandato facta; quodque expediantur littere de non molestetis per aliquod tempus; que fuerunt expedite et mandate per dominum Christoforum de ducibus, cui fuerunt facte demonstrationes neccessarie ut illico suos a loco Viscarum abire faciat quod et pollicitus est.

22/21.

1530, novembre 4. [Torino].

Die IIII novembris 1530, presentibus domino magno magistro, presidibus Passerio et patrimoniali, collaterali Ruffia, domino Droxii et cappitaneo iusticie et iudice criminalium. 5

Dominus Iohannes Maria servitor magnifici comitis Crescentini fuit conquestus per litteras eiusdem domini comitis, quia subditi Cresentini habent gentes exteras in eodem. ||

f 14v De negocio Viscarum. Applicuit dominus Guillelmus dominus Fabrice, qui obtulit se et alios eius consortes facere quicquid de iure debebunt. Conclusum, 10 quia nondum adfuerunt homines eiusdem loci, quod expectetur usque ad cras.

De negocio detentorum de Monteregali. Iam tribus hebdemodis nuper Et [h] provideatur decursis, dominus Iohannes Anthonius Biglonus fuit conquestus, petens eos relaxari aut condempnari ut non frustentur expense. Conclusum quod procedatur contra Franciscum de la Mista aut eius fideiussorem; quo ad alium de- 15 tentum, proferat iudex Montisregalis sententiam infra decem dies et deinde magnificum Consilium infra triduum certiorare teneatur.

De congregacione gentium, que fieri dicitur per dictos de Monte Regali. Fuit ordinatum quod fiat commissio domino gubernatori eiusdem, qui prohibeat eandem sub pena de qua in causa. 20

De Georgio Fenolii detento in loco Cuney. Videant dominus collateralis Ruffia et thesaurarius tractare compositionem cum eodem.

De Baldesare Bertello de Cargnano detento, intitulato de homicidio in personam Iohannis Bruno de Piperagno; de vulnere illato in Facium de Burgo Sancti Dalmatii. Fiat iusticia. || 25

f 15 De ... de Sallugiis de Montecaprello, intitulato de falsitate. Videantur testes, seu depositiones eorum, ut postea providebitur.

De domino Iaffredo de Mazadio, petente iusticiam super divisione bonorum condam domini Iohannis Petri de Maxino. Fuit conclusum quod fiat ipsa divisio in presenti civitate et committitur domino advocato Caquerano, cappi- 30 taneo iusticie et Valimberto et, ea facta, magnificum Consilium cismontanum redeant [i] uti, eorum relacione habita, provideatur ex peticione.

De Iacomino Morgandi de loco Cerveriarum. Expediantur littere de non molestetis, media submissione infra X dies de redeundo.[l]

De Iohanneto Morandi de Burgo Franco intitulato de homicidio. Videatur 35 quid velit dare castellanus Ipporedie, qui sollicitat pro eodem.

h) *Segue* huic *forse cancellato.* i) *Su* reibant l) infra ... redeundo *aggiunto nell'interlineo.*

22/22.

1530, novembre 5. [Torino].

Va.

Constitutus Iacominus Mor contra Anthonium de loco Cerveriarum qui se submisit ad penam centum ducatorum de qua donationem facit illustrissimo domino nostro casu contrario et cetera de se representando coram Consilio residenti infra decem dies proximos presentibus egregiis Martino de Sancto Martino et Hugone Michaudi testibus. ||

22/23.

1530, novembre 6. [Torino].

VI novembris 1530, presentibus dominis Fruzaschi, tribus presidibus, Chaberto, Droxii, Castellamontis, cappitaneo iusticie, advocato Caquerani. (f 15v)

De detento Montisregalis, pro detentione cuius cur tam longa conqueritur nobilis Iohannes Anthonius Bigloni, petendo eundem condempnari si mereatur vel absolvatur uti non frustretur expense.

De negocio Viscarum. Alloquatur dominus preses Sabaudie dominum Fabrice et videat si aliquo bono modo fieri possit quod domini preberent aliquid annone hominibus eiusdem loci quos pariter alloquatur preses patrimonialis pro tractando aliquo apponctuamento inter eas partes.

22/24

1530, novembre 8. [Torino].

Die octava eiusdem, presentibus magno magistro, tribus presidibus, collaterali Scalie et Ruffia.

De Iohannoto Morandi de Burgo Franco. Tractetur compositio et fiant littere indulgentie mediis $\overline{\text{v}}$ 18 solis. ||

22/25.

1530, novembre 9. [Torino].

Die nona novembris 1530, presentibus domino comite Fruzaschi, tribus presidibus, collaterali Scallie, Ruffia, Caquerano et cappitaneo iusticie. (f 16)

De Lingoto petenti licentiam eundi usque in eius domum. Nihil fuit conclusum.

De facto Viscarum. Conclusio quod accedat illuc dominus capitaneus iusticie pro describendis bonis que ibi reperientur. Indeque veniat relaturus; interea prorogatur terminus decem dierum domino Fabrice de non molestetis a die finitorum aliorum X dierum sibi ante datorum incohandus. Vicarius Cunei

fuit conquestus quod in eodem loco fuit morti traditus quidam Constancinus et quod ibi fiunt quam plurima delicta in spretum ipsius et officiariorum. Conclusio quod prohibeatur detentio armorum sub pena trium ictuum corde pro quolibet, defferendo vero schiopos sub pena amputationis pugni.

De David Stoxerii, detento in Monteregali. Admittatur ad compositionem et tractetur compositio. [m]

23.

1531, marzo 4 - 1531, marzo 31.

REGISTRUM CONSILII

Inceptum die prima martii 1531.
Chatel.

23/1.

1531, marzo 4. [Torino].

f 100 Die quarta martii, presentibus dominis cancellario, Fruczaschi, preside patrimoniali, Ruffie et Caquerano.

Quod provideatur pro fortifficatione iusticie et videtur quod bonum esset deputare duodecim equestres et duodecim pedestres et quod pro nunc habeantur centum scuta et deinceps eisdem solvatur pro stipendiis de bonis delinquentium.

Sumantur informationes super insultu in finibus Thaurini per quosdam Thaurinenses in personam quorundam mercatorum habentium plures pecunias et canes.

Super insultu facto pridie in hac civitate in personam excellentissimi iuris utriusque doctoris domini Aymonis Marini per prepositum Bubiane et complices.

Quoad ... fiat exequutio respectu focagiorum et procedatur contra delinquentes, visis prius informationibus per Christoforo sumptis.

Quoad dominus Iohannes Andreani de Boscho qui, licet bampnitus, venit cum complicibus ad locum Verruce, prosequutus Lugrinum, obsedit dominum dominum ... de Advocatis et alia opera [n] facti egit; quod procedatur contra eum. ||

f 100v Exequantur littere citatorie et arresti contra Marquiottum Lingot.

Anthonii Visqueri de Cherio pro assistentia homicidii. Trectetur [o] compositio per dominum Vallimberti.

m) Nell'ultimo foglio ‹verso› al margine inferiore venne scritto Conny Montiscaprelli Beufves Montdevys
n) Segue facti *cancellato.* *o) Così nel testo.*

Fratres de Uris de Villanova Montisregalis. Videantur informationes per dominum Ruffia pretextu homicidii.

Iacobi Nasi de Orbaxano; tractetur compositio ad 33 v. Expedita

... Bezani de Pinerolio pretextu homicidii; differtur ad aliud tempus.

5 Iohannis filii Baptiste Leporis de Bugella.[p] Videantur informationes.

Iacobis Mane de Pinerolio; differatur.

Baudi filii Mathei Gossi de Rochaguidone Cuney; ipso comparente coram Consilio infra decem dies, mandetur non molestari.

Sumantur informationes super homicidio perpetrato penes locum Casal-
10 lisgrassi in personam Laodoneri servitoris domini Philiberti de Sollario; procedatur contra homicidas. ||

23/2.

1531, marzo 15. [Torino].

Die XVa martii, presentibus dominis cancellario, comite Fruczaschi, pre- Chatel f 101
15 sidibus patrimoniali Purpurato et pedemontano, collaterali Roffie, advocato Caquerano et cappitaneo iusticie.

Fuit loquutum de homicidio perpetrato per unum ex dominis Vallispergie in personam alterius dictorum dominorum. Commictitur domino Emiliano de Sandilliano advocato fiscali quod illuc accedat, informationes sumat, con-
20 scios et culpabiles citari faciat et alias agat in forma.

De Marchiotto Lingot arrestato in castro Thaurini, qui petit se relaxari. Teneat arrestum iuxta mandatum.

De requisitione Mauriannensium circa grana huius patrie; videtur quod fiat prohibitio de non extrahendo grana super flumine Padi et mandetur ca-
25 stellanis Cargnani et Montiscallerii ac vicario Thaurini et ceteris officiariis ne permictant extrahere, nisi habita licentia signata manu illustrissime domine.

De pecuniis mutuatis, destinetur aliquis ad loca opportuna qui defferat litteras missivas et exigat eorum ratam aut saltem eos assignet ad aliquam diem facturi solutionem. ||

30 De iusticia; deputentur duodecim equestres et totidem pedites qui dentur f 101v cappitaneo iusticie et solvatur eis pro eorum stipendiis super bonis delinquentium.

Iohannis Anthonii Paneza de Monteregali, intitulati de furto; reponatur ad triremes per III annos.

35 Cuiusdam de Brelio; pretextu homicidii in deffendendo, trectetur compositio.

p) *Parzialmente corretto.*

De facto Vercellarum circha contributionem villarum comitatus Gattinarie et fidelitatem; dicunt habere previlegium quod non possint alienari nec transferri in alienas manus. Videtur quod compellantur ad solvendam eorum ratam et in reliquis, circha fidelitatem, quod decidatur causa per Consilium et tantum dominus cancellarius alloquetur illustrissimam dominam.

Expedita — Rustini de Pane de Vigono, pretextu homicidii; trectetur.

Michael Pichoni de Pinerolio, pretextu homicidii. De amistade fiat secundum conclusa; dominus cancellarius videbit supplicationem et si petat remissionem pretextu ipsarum penarum, tantummodo trectetur ad LX $\overline{\text{v}}$. ||

f 102 — David Stoperi; compellatur ad accipiendas litteras gratie.

23/3.

1531, marzo 17. [Torino].

Die decima septima martii, presentibus domino cancellario, preside Caburreti, Roffia, advocato Caquerano, cappitaneo iusticie, Vallimberto, Christoforo et Licia.

De Bernardino Delfon, alias de Vanchillia,[q] detento dietim ad ordinandum super relaxatione vel detentione.

De particularibus Pinerolii intitulatis de insultibus factis contra officiarios; procedatur.

Sollicitetur causa contra Petrum[r] Albi intitulatum de falso et infractione salveguardie.[s]

Expedita — De fratribus tribus de Heulis de Villanova Montisregalis pro homicidio facto in adaquando prata. Fiat gratia si preces veritate nitantur et non aliter nec alio modo, mediantibus Lta scutis[t] solis.

De Bartholomeo Camperii de Virlis intitulato de falsitate. Audita relatione domini advocati Caquerani capiatur. ||

f 102v — De Anthonio Bonaudi de Pancalerio bricanda; appelletur ab interinatione.

De Iohanne de Lexona intitulato de homicidio perpetrato in personam Iohannis Baptiste de Frechignonibus; tractetur compositio.[u]

De quattuor de Villafrancha et homicida; tractetur compositio ad centum scutos solis, moderantur ad LXXX scutos solis.

De Levino naturali[v] de Savilliano[z] de homicidio; tractetur compositio ad quadraginta scutos solis.

q) Parzialmente corretto; c *su* s   *r) Segue* Albe *cancellato.*   *s) Segue* procedatur *cancellato.*   *t) Su parziale correzione.*   *u) Su parziale correzione.*   *v)* n *corretta su* c   *z) Parzialmente corretto.*

De Anthonino Torrasani, Cesare de Murris et complicibus[a] de Cuneo pro homicidiis, violentiis et raptu filiarum pupillarum, invasionibus et aliis. Procedatur.

De domino Vontignaschi pro raptu et violentia cuiusdam mulieris; procedatur.

De Iohanne Iacobo de Domenono de Cuneo pro vi publica, congregatione illicita, invasione finium Busche. Procedatur. ||

f 103 De Ardicione[b] et fratribus[c] de Bossolosiis de Lombriascho, habitatoribus finium Caballarii Maioris, pro homicidio in personam Oliverii de Olliveriis de Monasteriolo. Procedatur.

De Iohanne Anthonio et complicibus[d] de Ambrosiis de Lombriasco pro homicidio Iohannis Bertardi. Procedatur.

Iustini et fratrum de Garnerii et alias Iusti, pro eodem homicidio et altero in personam Sebastiani Rocha[e] de eodem. Procedatur.

De Iohanne Maria Gropelli[f] molendinarii Raconixii, pro homicidio in personam Iohannis Vanzane de eodem. Procedatur.

De Carolo et Stephano Bota, alias Gastardi de Summarippa, pro homicidio Stephani de Reyneriis et aliis. Procedatur.

Pascalis Loram pro homicidio Stephani de Allocsiis de Summaripa. Procedatur. ||

f 103v De Iomaria Righeti de eodem, pro homicidio in personam Iohanini Raca. Procedatur.

De Stephano Bota pro eodem homicidio. Procedatur.

De eodem Stephano et quodam Lombardo pro homicidio in personam Anthonii Raca.

De[g] Paulo Gariglani et complicibus de Podiverino pro homicidio in personam Cristofori[h] Gariglani de eodem. Procedatur.

De Petro Sansoldi et Laurentio Vialis de Levaldisio, pro eo quod se intromiserunt de bonis bampnitorum homicidarum de eodem loco. Procedatur.

De dominis et hominibus Podivarini,[i] supra eo quod non curarunt detineri facere Italos quibus ascribebantur homicidia perpetrata in montibus Cherii. Procedatur.

De Dominico Racha, super assassinagio per eum[l] et complices perpetrato. Procedatur. ||

a) Corretto su complices *b) Precede* Petro Albi de Cuneo, *cancellato. c) Su correzione. d) Corretto su* complices *e) Parzialmente corretto. f)* r *corretta su* c *g) Segue* Paulino *cancellato. h) Parzialmente corretto. i) Segue* et *cancellato. l) Segue* per *cancellato.*

23/4.

1531, marzo 20. [Torino].

f 104 Die XXa martii, presentibus domino cancellario, magno magistro, presidibus Roffia, Caquerano, Vallimberti.

De Bernardino de Vanchillia et Christoforo Silambini de Thaurino, detentis in domo domini vicarii pro quadam quictatione [m] falsa. Fuit conclusum, relatione dictorum presidis patrimonialis et Ruffie, quod causa dicti Bernardini commictatur Consilio residenti. Et interea relaxetur media cautione de [n] iuri stando et se presentando ad penam quinquaginta ducatorum.[o] Quo ante ad Siglambinum,[p] indistincte relaxetur mediante ieiunio in pane et aqua duorum dierum, quia per ebrietatem [q] deposuit aliqua dixisse.

De Martino et Martino de Ughetis de Rochabaudorum, detentis in castro durante interinatione gratie per eos obtente pro homicidio, que subrepticia reperitur et etiam quia non satisfecerunt parti lese; conclusum quod concordent cum parte lesa, deinde videbitur quid fiendum quoad fiscum. ||

f 104v De Francisco Freppa castellano Vallexie, intitulato de extorsionibus, pro quibus petit se admicti extra carceres et causam remicti ordinario mediantibus scutis ducentum quinquaginta et se expediri. Conclusum quod expectetur responsio illustrissimi domini, cui scriptum fuit de hac materia.

De Oliverio [r] Vaglia de Buscha, intitulato de exemptione Iohannis Vaglie [s] sui fratris, iam quatuordecim annis elapsis, pro qua petit se non molestari. Conclusum quod fiat mediantibus scutis decem, et tractetur per dominum collateralem Roffiam.

De facto aque que in discursu dampnum affert loco Vigoni. Conclusum quod citentur illi de Pinerolio hora supplicationum, audituri taxam rate sibi pertinentis pro reparatione, cum comminatione quod contendentur precize contra eos. ||

f 105 De Francisco Archatoris intitulato de homicidio, pro quo allegat alias obtinuisse gratiam mediantibus scutis sexaginta et eam perdidisse;[t] petit alteram [u] fieri, offerendo probationes de alia obtenta. Conclusum quod, constito, fiat alia [v] nova mediantibus $\overline{\text{V}}$ 40.

De filio Mathei Ogerii de Vigono, qui fuit vulneratus et debilicatus per quatuor socios de Vigono. Sumantur informationes.

De quatuor carratis grani captis per castellanum Cabellarii Maioris dum extraherentur a patria contra formam prohibitionum. Mandetur [z] ipsi castellano pro habendo inventario, ut ratio fisci habeatur.

m) Su parziale correzione. n) Segue parola cancellata. o) Su parziale correzione. p) Parzialmente corretto. q) Parzialmente corretto. r) Segue parola cancellata. s) Su parziale correzione. t) Parzialmente corretto. u) Parzialmente corretto. v) Segue nova *cancellato. z) Parzialmente corretto.*

De ... de Breglio in patria Provincie, qui pro homicidio petit gratiam. Conclusum quod fiat mediantibus v̄ 25. ||

f 105v

De Henrico [a] Borgin, Francisco Benessia et Vincentio Campareti de Cuneo, intitulatis de assistentia homicidii cum colovrina [b] in Cuneo. Petunt gratiam, pro qua offerunt v̄ 25. Conclusum quod admictatur dummodo tantum solvant prout fecit Bertellus eorum complex.

23/5.

1531, marzo 22. [Torino].

Die XXIIa marcii, presentibus domino cancellario, comite Fruzaschi, presidibus Passerio et Purpurato, Chaberto, collaterali Ruffia, cappitaneo iusticie et Vallimberto.

Contra Iohannem Rubeum. Fuit visa supplicatio que mandetur domino.

Contra Bosardi; quia decessit, procedatur contra eius bona.

Contra Sebastianum Beneseanti de Quadralio, qui obtinuit gratiam et penat pro interinatione, quia gratia dicitur surrepticia. Dominus preses Passerius retulit; admictitur ad interinationem mediantibus XXV v̄ solis. ||

f 106

Contra Michaelem de Lazaro de Montecalerio. Retrahatur supplicatio et fiant littere de non molestetis contemplatione oratoris [c] Cesaris domini Gonterii Lopes de Padilla per [d] duos annos.

De fratribus de Archatoribus qui dicunt alias obtinuisse gratiam mediantibus LX scutis per ipsis solutis de mandato illustrissimi domini nostri domino Chaffardonis. Fiat, aut confirmetur gratia.

De duobus Martinis de Hugeto de Rochabaudorum, qui obtinuerunt gratiam subrepticiam; actento quod habet pacem cum parte lesa, fiat gratia nova [e] mediantibus XXV v̄, ultra XXX iam soluta.

De Iohannino Cagnasolli de Peisetto pro homicidiis. Petit gratiam. Continuatur ad alium diem.

De Dominico Roleti et Henrieto Bertholleti de Villafrancha, pro homicidio in Luserna. Petunt gratiam; habeantur informationes ab ordinario Luserne.

De Thoma Guigolli habitatore Savilliani. Petit gratiam de assistentia homicidii famuli curie et incestu cum cognata. Solvat summam alias conclusam et fiat gratia.

De filio Philippi Mercodi super homicidio in rixa; non obstante alio homicidio per eum patratum, de quo obtinuit gratiam mediantibus XXV v̄ solis, actenta paupertate, fiat gratia. ||

a) Segue Borghe *cancellato.* *b) Così nel testo. Leggasi* colubrina *c) Nell'interlineo, sopra* eodem *cancellato.* *d) Segue parola cancellata.* *e) Segue* quia subrepticia impetrandum *cancellato.*

f 106v De Bruneto Pepini de Andurno; petit gratiam pro homicidio petrato in personam Thome Molliole, qui urxit tribus[f] mensibus et ultra. Tractetur.

De Rustino de Pane, intitulato de homicidio cuiusdam Garreti. Tractetur.

Egregius Cagnoli intitulatus de homicidio obtinuit sentenciam, quam petit observari; non molestetur ultra et preter formam sive citra iudicialem cognitionem.

Particularium Cargniani Portinerii et de aira de[g] qua fuit auditus dominus collateralis Balbus.

Nobilis Andreas Gallieni et socius legati Cherii comparuerunt, petendo alloqui illustrissimam dominam pro resolutione pecuniarum mutuo promissarum illustrissimo domino et ipsis per eam auditis ac eorum oblatione,[h] que est de scutis IIIc, fuerunt remissi coram dominis Consilii, quibus eandem oblationem fecerunt cum excusationibus neccessariis.

23/6.

1531, marzo 23. [Torino].

Die XXIIIa martii, presentibus dominis cancellario et comite Fruczaschi.

Comparuerunt[i] sindici comunitatis Cuney parte dicte comunitatis assignati per procuratorem Christoforo[l] occasione exequutionis || f 107 sententie late in favorem fisci respectu focagiorum. Dominus cancellarius dedit eis arrestum sub pena centum marcharum argenti donec et cetera.

De facto Vischarum; commissarii delegati et illuc destinati parte illustrissimi domini nostri redierunt ab ipso loco et quia subditi et homines ipsius loci noluerunt se submictere ad formam iam dicte commissionis pretextu fidelitatis, in reliquis vero dicunt submissionem esse factam, quam defferre volunt dominis Consilii, et interim promiserunt eisdem commissariis quod nihil novi facent[m] erga dominos et etiam domini erga subditos, ideo provideant super hiis domini Consilii.

23/7.

1531, marzo 24. [Torino].

Die XXIIIIa martii, presentibus dominis cancellario, comite Fruczaschi, preside Pazerio, Scalengiarum, Ruffia et Castrimontis.

De facto Crescentini super insultu facto per homines ipsius loci[n] contra illos quos comes || f 107v mandaverat ad vehendum et conducendum calcem et are-

f) *Segue* duobus *cancellato.* g) ... de *scritto su altre parole cancellate.* h) *Su parziale correzione.* i) *Su parziale correzione.* l) *Segue* occaxione *cancellato.* m) *Parzialmente corretto.* n) *Segue* pro homicidio *cancellato.*

nam, Consilium conclusit unanimiter quod dominus det auxilium comiti et interim sumantur informationes super insultibus et citentur culpabiles responsuros intitulatis.

Illi de Cherio fecerunt responsum continuantes primis oblationibus et propositis per eos circa mutuum.

De granis detentis a Gasso; alloquetur illustrissima domina.

De granis; deputentur commissarii qui accedant ad loca limitropha per que extrahuntur et deinde provideant [o] et advertant ne amplius extrahi debeant.

De facto Cunei; tractando videatur summa ut possit provideri.

Scribatur domino Philiberto ex dominis Vischarum quod levari faciat litteras gratie, alias providebitur et pariter prothonotario eius fratri.[p] ||

Item duobus nobilibus Valpergie pro negotio Sancti Damiani. f 108

De facto Vischarum fuerunt [q] audite partes circa compromissum fiendum et finaliter conclusum quod se submictent de omnibus et quibuscumque eorum differentiis, excepta fidelitate, ordinatione Consilii. Quo vero ad fidelitatem, quod stet in cognitioni illustrissimi domini nostri [r] aut ab eo deputando, reservato in omnibus beneplacito illustrissimi domini nostri et ut res expediatur citius, quod accedat commissarius deputandus parte domini pro congregatione comunitatis fienda, qui intersit in omnibus agendis per homines dicte comunitatis a quibus mandatum sufficiens [s] infra diem mercurii proximam huc defferatur, qua die dictum compromissum in presentia [t] Senatus tractabitur et concludetur, citra tamen preiudicium iurium ambarum partium, casu quo non fiat laudum.

Et ex nunc dominus Fabrice || suo, eius fratris et consanguineorum nominibus, se obtulit stare super omnibus dictis differentiis ordinationi dictorum dominorum Senatus. f 108v

23/8.

1531, marzo 27. [Torino].

Die XXVIIa martii 1531, presentibus domino cancellario, comite Fruczaschi, preside Pazerio et Chaberto domino Scalengiarum.

Fuit visa rosa illorum Bovixii, pro vicario elligendo, et fiant littere constitutionis in favorem nobilis Iohannis Sulphi. Fiant littere missive illis Piperagni quod elligant alium quam Iohannem Petrum Ferrerii.

Scribatur etiam illis Cuney quod debeant ellegisse vicarium infra debitum terminum, actento quod illi qui iam fuerunt electi nolunt onus dicti officii assumere.

o) *Parzialmente corretto;* t *su* c p) *Precede* fi *cancellato.* q) *Parzialmente corretto.* r) reservato ... nostri *aggiunto con postilla in margine.* s) *Parzialmente corretto.* t) t *corretto su* c

Fuit visa supplicatio Anthonii, filii Iohannis de Ramascho, alias Barazocti de Andurno, || intitulati de assistentia homicidio. Perquirantur informationes et videantur, deinde tractetur compositio.

Fuit visum memoriale Iohannis Cagnasson, petentis gratiam de homicidiis. Alloquatur cappitaneus iusticie, qui est de hoc informatus.

Pariter fuit visa supplicatio Claudii[u] Odealdi de Bernexio, intitulati de homicidio Constancii Dalfini. Videantur informationes.

De bealeria Sommerippe, in qua dominus Raconixii pretendit habere aliquod interesse. Se offert nobilis Iohannotus de Strata, persolvendo pro introgiis infra unum mensem ducentos ducatos, ultra censum annuum arrestatum.

De litteris illorum de Gattinaria contra comitem, per quas mandabatur citari et interim, durantibus viginti diebus, alloquatur illustrissima domina.

De Bernardino[v] Marini et complicibus intitulatis de exemptione fratris a conventu Sancti Dominici de Ypporedia. Offert XL v̄; sed loquantur altius ad LXXX ad minus. ||

De detentis adductis[z] a castro Cardeti. Examinentur.

Alloquatur dominus preses cismontanus circa memorialia concernentia mutuum, ut provideri possit.

De illis qui insultarunt iudicem et castellanum Pinerolii et se fortifficaverunt contra eundem castellanum et eius familiam. Videtur esse mictendos centum homines cum cappitaneo iusticie ultra eos quos dictus castellanus conduxit.

Scribatur Bugellensibus quod habeant elligere aliquem ydoneum in potestatem et mandent rosam infra decem dies, et quod accedat alter eorum illico cum comminatione quod alias providebitur.

Et pariter Yppolrediensibus.

De insultibus qui fiunt quotidie in loco Cuney. Accedat cappitaneus iusticie qui procedat contra conscios.

De facto granorum. Fuit visum memoriale datum per illustrissimum dominum et ordinatum quod scribatur gubernatori || Montisregalis ne abinde det aliquas licentias et minus patiatur quod extrahantur aliqua grana extra dominia ducalia. Etiam domino Iohanni Ludovico de Caballario Leone vicario Fossani quod provideat circa eius officium et etiam in finibus[a] Bennarum, Cerveriarum et aliorum locorum limitrophorum et circumvicinorum et mandentur cuidam ipsorum littere patentes cum missivis illustrissime domine.

u) Segue Odealdi *cancellato.* *v) Scritto su precedente vocabolo.* *z) Parzialmente corretto;* dd *su* b
a) Segue Bennetarum *cancellato.*

Fuit visa littera ducis Mediolani[34] et longo tempore disceptatum super requisitione facta per secretarium eius Monticum circa extractionem granorum et conclusum eidem iuxta posse gratifficari dummodo subditis ducalibus primo subveniatur et nichillominus quod intelligatur ab eo qualem quantitatem extrahere intendit et si esset grandis, quod primo loco caratas servetur in subditos. ||

23/9.

1531, marzo 29. [Torino]

Die XXIXa martii, presentibus domino cancellario, comite Fruczaschi, presidibus Pazerio, collaterali Roffia, cappitaneo iusticie, Caquerano et Vallimberto. f 110v

De Iacobo Fornaserii[b] de Buscha, intitulato de vi commissa in Constantium Sany, eius cognatum, qui sororem ipsius Iacobi nubilem defloraverat. Non molestetur ultra formam sentencie mediantibus centum florenis.

De Comino Buscha de[c] Piverono, detento[d] in loco Azelii. Adducatur per dictum cappitaneum quanto citius fieri poterit.

De Iohanne Ferii de Costiglolis; mandetur procedi, feriis non obstantibus.

De Panisseria. Procedatur, feriis non obstantibus, que a clero et populo non observantur.

Anthonii Oliverii. Fiat relatio ut dehinc possit provideri. ||

Philipi Ceresie arrestati et intitulati de falsitate; dietim ad ordinandum super relaxatione vel detencione. f 111

Fuit auditus dominus advocatus Caqueranus super homicidio perpetrato in personam Benedicti Maleti. Procedatur contra dominum Robertum occasione dicti homicidii et contra Reymondum Mallea ad causam promotionis rixe.

De Sebastiano Benesia de Quadralio, arrestato in castro super interinatione sue gratie. Tractetur per dominos advocatos.

De requisitione facta per illustrissimum ducem Mediolani circa extractionem granorum. Fuit conclusum quod fiat descriptio granorum per totam patriam et deputentur commissarii ad hunc effectum, scilicet dominus Iohannes Marcus de Solario in locis Savilliani, Fossani et aliis || circumvicinis;[e] Vallimbertus in loco Cargnani; Chatel in loco Montiscalerii cum castellano et crastino die nominentur ceteri, et interim fiant debite remonstraciones secretario ipsius ducis de penuria subditorum et caristia annone ac difficultate concedendi f 111v

b) *Su correzione.* c) *Segue* Pinerolio *cancellato.* d) d *corretto su* c e) *Precede* circumvicinis *cancellato.*

34. Francesco II Sforza.

mercantiam per ipsum petitam propter tumultum subditorum; nichillominus, si petat, promictatur aliqualem quantitatem non excessivam poterit concedi ut excellentie sue possit gratifficari et alloquatur illustrissima domina antequam fiat responsio.

De illis de Monteregali, quos gubernator detinuit et in arresto posuit occaxione quarti denarii gratie per ipsos obtente et ex medio impedit interinationem ipsius; prorogatur terminus interinandi per mensem. || 5

f 112 Fuit porrecta supplicatio per fratres de Quadralio, intitulatos astitisse cuidam donationi facte per Franciscum Mossardi Tondine eius noverce; commictitur Consilio quod provideat et si supplicantes restituendi in eorum bonis ac pene declarate revocari debeant, restituat,[f] revocet et agat et cetera. Et interim citra iudiciali cognitione ipsius Consilii, nichil novi et cetera.   10

Deinde fuit facta responsio domino Camillo Cathaneo secretario ducis Mediolani super per eum requisitis per dominum Fruczaschi, in presentia dominorum Chaberti et Staponixii ac Chatel iuxta supra scripta, et tandem requisiti ex nunc sibi dari licentiam pro duobus mille sachis, quod differtur donec convocato Consilio.   15

De Claudio Adoaldi,[g] qui petit gratiam pretextu homicidii perpetrati in personam Constancii Dalphini. Fiat gratia dummodo eius compositio, inclusa alia facta complicibus, accedat ad centum scutos et non[h] alias. || 20

23/10.

1531, marzo 31. [Torino].

f 112v Die ultima martii, presentibus domino cancellario, Fruzaschi et Caquerano.

Anthonius Pauca de Rochabaudorum petit commutari penam corporalem in penam patrimonialem,[i] mediante aliqua summa. Tractetur ad XX $\overline{\text{V}}$.   25

Contra Iohannem Chabens de Monteregali, pretextu homicidii. Differtur ad aliud tempus et procedatur contra eum ad confiscationem bonorum.

Contra filium Bernardini de le Mule. Intitulatur de homicidio. Tractetur compositio.   30

Tractetur per dominum advocatum super bonis mulieris de Berengioro que intitulatur de viricidio, de quibus domini loci habeant portionem et quia processerunt in votis curia quam eciam nec debet fieri gratia quia casus est enormis.

f) Parzialmente corretto. *g) Parzialmente corretto.* *h) Segue* ultra *cancellato.* *i) Parzialmente corretto;* p *su* f   35

De facto Vischarum; videat dominus Caqueranus instrumentum sindicatus et refferat. ||

f 113 De descriptione granorum in civitate Thaurini, domini collaterales Cara et Roffia; in Montecalerio castellanus et Chatel; in Cargnano dominus Romerius de Romagnanis [l] et Chatel; Savilliani, Caballarii Maioris et locis circumvicinis dominus Iohanninus de Solerio; in Raconixio, Vigono, Villafrancha et aliis circumvicinis dominus Chabertus; in Fossano dominus vicarius; in Monteregali gubernator; in Cuneo et locis circumvicinis dominus Marchiotus de Falletis; in Podivarino, Caramagnia, Summa Rippa et aliis circumvicinis Marruchi cum officiariis, et vocatis semper sindicis Ripolis, Ripalte, dominus Urbanus aut dominus Iohannes Iacobus ex dominis Ripalte.

24.

1531, maggio 8 - 1531, maggio 20.

24/1.

1531, maggio 8. [Torino].

f 1 Die VIIIa maii 1531, presentibus vicecomite, cancellario, comite Fruczaschi, Balleysonis, Ruffia, Caquerano et Vallimberto.

Fuit facta relatio per dominum advocatum Caqueranum de informationibus per eum sumptis de homicidio perpetrato in personam cuiusdam de Bricheraxio [m] et incendio apposito in loco Bobiane. Procedatur contra detentos nec relaxentur sine licentia domini aut Consilii et mictantur expleta.

De litteris gubernatoris Vercellarum. Fiat eidem responsio quod procedat contra tres detentos culpabiles de morte illius de Axilliano et non relaxentur nisi visis prius informationibus et expletis que mandet. Quo vero ad illos de la Darolle, scribatur marchionisse et fiat littera credentialis. ||

24/2.

1531, maggio 9. [Torino].

f 2 Die nona maii 1531, presentibus domino vicecomite, cancellario, comite Fruzaschi, Balleysonis, preside Passerio, Chaberto ex dominis Scallengiarum, Confignonis, Rubat et Vallimbert.

De facto Alicis, cuius integraliter cum redditibus ac proprietate ad dominam revertuntur, ad formam litterarum [n] donationis comiti Maxini Thome,

l) Parzialmente corretto. *m) Su correzione.* *n) Su correzione.*

Iohanni Francisco abbati Abundantie, Arduyno et Carolo fratribus de Valpergia per illustrissimum dominum nostrum facte ad ipsorum quatuor fratrum vitam naturalem dumtaxat, ita quod ipsis omnibus decedentibus cum liberis vel sine liberis, omnia premissa donata redeant, spectent et pertineant illustrissimo domino nostro et suis, datatis Auguste XXa iunii 1528, [o] per Chatel signatis. Reducatur ad manus domini et mandetur commissarius. 5

Contra Martinum Balbi, alias Tartalla, pro homicidio in personam Francisquini Salliotti de Avilliana. Magnificus dominus cancellarius retulit. Tractetur.

Contra Franciscum Ferrerii, alias Alamandi, de Salluciis ob mortem Iohannis Anthonii Trocteni de Villafalletorum et aliorum duorum anthea occisorum, de quibus [p] gratiam obtinuit et petit pro ultimo et offert XXV ṽ solis. 10

De Philiberto Canavoxii, intitulato de raptu et condempnato ad XX ṽ per ordinarium Savilliani et de infractione salvigardie. Fiat gratia mediantibus XX ṽ. || 15

f 2v De Matheo Bertrami armurerio, intitulato de morte Ludovici Ayghemo Videantur informationes recepte per clavarium Gayo.

De Janon ... de Cherio. Videatur supplicatio cum informationibus.

De rosa Cherii electionis vicarii; dominus Camerani sollicitat expeditionem. Deputetur dictus dominus Camerani dummodo iudices sint subditi ducales. 20

De vicariatu Savillani, quem dominus Constantinus de Serralonga requirit. Alloquatur illustrissima domina.

De Bugellensibus, qui non curant habere potestatem. Inthimetur domino Francisco de Putheo nomine [q] communitatis quod potestas illuc vadat cum litteris constitutionis, cum comminatione quod alias providebitur pro debito. 25

De licentia petita per dominam Charlottam de Valpergia. Conceditur mediante quod tantam quantitatem in patria ducali vendere teneantur quantam vult extrahere ad instar aliorum nobilium.

De differentiis abbatis et sociorum Thaurini et studentium qui continue stant in armis. Commictitur domino Scallengiarum et collaterali Care quod studeant appunctuare et interim prohibitiones fiant. || 30

f 3 De Iacon et Badey, detentibus in loco Montisregalis. Audiatur dominus advocatus Caqueranus, qui habet expleta.

De Marchiotto Lingot. Audiatur dominus collateralis Balbus qui habet expleta ad cras. || 35

f 3v Double du registre du Conseil du IXe de may. ||

o) *Con correzione.* p) *Segue* petit *cancellato.* q) *Su correzione.*

24/3.

1531, maggio 20. [Torino].

Die XXa maii 1531, presentibus domino cancellario, comite Fruzaschi, Balleysonis, presidibus Passerio et Purpurato, collateralibus Roffia et Vicomercato, Caquerano ac capitaneo iusticie.

De Tubicena vercellensi, qui petit gratiam iamdiu concordatam sibi expediri. Quia illustrissimus dominus noluit, augeatur de XX v̄ et erunt in summa LX v̄ solis.

De illis de Monteregali, qui obtinuerunt gratiam et nolunt satisfacere gubernatori de eius quarto denario. Fuit auditus dominus iudex Montisregalis circa Anthonium Iaconi de Monteregali detentum et etiam Blaxium Baderii, intitulatos de diversis assassinagiis, violenciis et homicidiis et dehinc magnificus dominus preses patrimonialis, qui vidit informationes, retulit et fuit conclusum mandetur iudici apponctuamentum quod procedat in causa Baderii et quoad Iacon, sollicitetur causa coram Consilio Thaurini.

Quo vero ad quartum denarium, actentis laboribus et expensis per ipsum gubernatorem substentis, quod debeat sibi satisfieri; nichillominus, pro scandalis evitandis, si possit summa dicti quarti denarii petita moderari, fiat et mandetur aliquis ex dominis qui possit rem componere et etiam sumere informationes super interesse partis lese.

De negocio Cunei iamdiu preloquuto. Actento quod dietim delicta deteriora, [r] commictuntur, expediatur capitaneus iusticie. ||

De incursionibus, homicidiis et crassaturis que quotidie fiunt in monte Cherii et locis circumvicinis et adhuc a duobus diebus citra fuerunt interfecti duo homines qui feruntur esse habitatores Gebennarum. Procedatur contra tales malefactores ne Suitenses habeant causam querele.

De la Mora, intitulata de viricidio ex veneno, que petit se admicti ad faciendum defensiones extra carceres. Audita relacione duorum presidum, porrigat supplicacionem et providebitur et nichillominus mandentur restitui bona ablata per Pertuxio.

De insultibus perpetratis per Crescentinates. Fuit auditus dominus advocatus Caqueranus qui sumpsit informationes et interfuit examini presbiteri detenti. Fuit conclusum quod dominus advocatus scribat ample domino.

Double du registre du Conseil 20 may 1531.

Double du registre du Conseil du VIII de may 1531.

r) *Segue* persolvantur *cancellato.*

25.

1532, agosto 21 - 1532, ottobre 21.

REGISTRE DU CONSEIL

21 augusti 1532.
Chatel.

5

25/1.

1532, agosto 21. Torino.

f 1 Die XXIa augusti[s] 1532, in castro Thaurini, presentibus domino cancellario, preside Marzonax, advocatis fiscalibus, Chatel et Vallimberti.

Fuit proposita detencio Michiaudi de Avilliana in domo domini vicarii huius civitatis ad causam rerum derrobatarum magistro Martino, alias hebreo, instante ipso magistro Martino, qui tamen non fuit occisus sed tantum insultatus. Conclusum quod dominus iudex expediat causam ipsius detenti pro iusticia et ipse Martinus respondeat intitulatis. 10

Item raptus filie ad nostram dominam de[t] campagnya per Palestinum. Conclusum ad relationem domini advocati Sandiliani quod capiatur cognatus ipsius rapte et idem Palestinus raptor. 15

Item idem advocatus retulit informationes homicidii patrati noviter penes Saluzoliam in personam Thome de Bononia merchatoris pro quo Hieronimus Basterii de Bugella, conscius, fuit remissus filio egregii Tolleni in cuius domo fuit repertus || et promiserunt idem Tolleni et Francescotus de Carlo tandem[u] eum presentare ad penam de qua in eadem promissione. Conclusum quod arrestetur ipse Tolleni per civitatem in qua est, donec solverit penas, et responderit et citetur ipse de Carlo dictusque Hieronimus et sui complices responsuri et dictus Carlo etiam facturus solutionem de penis per eum incursis. 20 f 1v 25

Item retulit informationes homicidii per Augustinum de Platea in personam Baptiste Carrazane et conclusum quod capiatur; et ad hunc effectum concesse sunt littere captionales egregio Licie.

Item retulit informationes violencie commisse in personam ... in loco Bugelle. Conclusum quod procedatur contra complices. 30

Item alias informactiones alterius violentie in Pollono in personam ... filie. Conclusum ut supra. ||

f 2 Item retulit informationes sumptas contra Anthonium de Ogeario et complices de Bugella, qui extorserunt varias pecunias a diversis personis. Conclusum ut supra. 35

s) Su correzione. *t) Su* per *cancellato.* *u) Segue* eum *cancellato.*

Item dominus advocatus Caqueranus retulit informationes sumptas super homicidio patrato in Pollono per detentum in Monte Caprello et complices in magno numero. Conclusum quod quando est processum contra aliquos ex ipsis, quod procedatur contra alios.

5 Item fuit propositum homicidium patratum in mota per particulares Bugelle. Conclusum quod procedatur.

Item factum fratrum de Bairis, qui petunt gratiam homicidii commissi in finibus Casalis Grassi per eos et complices bubulcos. Conclusum ad relationem dicti advocati Emeliani quod tractetur gratia. ||

10 Item factum Baptiste Cauzoni et aliorum [v] particularium Savilliani intitulatorum de homicidio perpetrato in dicto loco in personam domini Golyti servitoris domini Gabriellis Gascurri. Conclusum quod videantur informationes quia petunt gratiam. f 2v

Item factum Comini Maglani de Ciglano, qui petit gratiam pro homicidio 15 patrato in personam adulterantis suam uxorem. Conclusum quod tractetur.

Item factum particularium Centalli, qui petunt se non molestari ultra formam sententie, pretextu homicidii commissi per eos in quodam altero Busche. Conclusum quod appelletur a sentencia et quod tractetur.

Item factum rixarum nuper ortarum in Montiscalerio, in quibus fuit oc- 20 cisus Bartholomeus Doreni. Conclusum quod videantur informationes ut provideri possit. ||

Item factum excessus Thaurini in ecclesia Sancti Iohannis. Conclusum quod fiat relatio illustrissimo domino domino nostro. f 3

Item factum Gandigli de Truffarello, qui petit gratiam pro eo quod igno- 25 ranter fecit custodiam dum fuit occisus Iohannes Georgius Vagnoni.

25/2.

1532, agosto 23. [Torino].

XXIIIa augusti, presentibus dominis Gotier, Lopes de Padilla [35] oratore cesaree maiestatis, Balleysonis, Baratali thesaurario, Rasla, Cavorret et plu- 30 ribus aliis.

Spectabilis dominus Vaxinus de Malabaylis suo necnon magnifice domine Iulie de Malabaylis tutricis domini Ludovici filii quondam domini Hieronimi de Malabaylis magnificeque domine Margarite etiam de Malabaylis tutricis

v) Segue particularium *cancellato.*

35 35. Ambasciatore imperiale presso il Duca di Savoia.

dominorum Vaxini, Ludovici, Marchi, Anthonii et Caroli filiorum quondam domini Secondi de Malabaylis magnificorumque dominorum Petri et Iohannis fratrum de Malabaylis nominibus, prestitit fidelitatem illustrissime domine nostre pro castro, loco et feudo Montate Fatigi. ||

25/3.

1532, settembre 1. [Torino].

f 3v Prima septembris 1532, presentibus dominis cancellario, presidibus, domino Balleysonis et Baratalo et de Monasterolo.

Fuit perloquutum de[z] insultu perpetrato in personam iudicis criminalium potestatis astensis et conclusum quod dominus Baratalus accedat illuc cum litteris commissionalibus et procedat contra[a] Christoforum Vaschum, Philibertum de Montafye et naturalem de Montafye, ac alios complices usque[b] ad sententiam diffinitivam inclusive, qua prolata mandabitur aliquis ex cambalanis et nobilibus domini pro illam exequendo; et fuerunt expedite littere quorum minuta est in licia. ||

25/4.

1532, settembre 14. [Torino].

f 4 Die XIIIIa septembris 1532, presentibus in gardaroba illustrissime domine nostre domino reverendo Iohanne Baptista de Provana apostolico prothonotario,[c] [d] Glaudio domino Balleysonis, preside Balbi, Paredes et Cavorret husserio.

Spectabilis artium et medecine doctor dominus Petrus Casanotus, civis Salutiarum et burgensis Ceve, prestitit homagium et fidelitatem illustrissime domine Beatrici ducisse Sabaudie infanti Portugallie et comiti Ast et cetera, presente illustrissimo domino Ludovico de Sabaudia principe Pedemontium eius primogenito, de parte iurisditionis et aliis bonis sibi in solutum traditis per magnificos Bernardinum et Alexandrum[e] fratres ex marchionibus Ceve cum consensu fratrum spiritualis ordinis Sancti Augustini et Hannibalis ordinis Sancti Francisci eorum fratrum pro dotibus domine Anne eorum sororis et dicti domini Petri uxoris et fuit eidem expeditum instrumentum una cum laudo dictarum remissionis et traditionis in solutum mediantibus XX $\bar{V}$ solis manibus Leonardi Sartoris vicegerentis domini Bartholomei Brunarii dicte illustrissime domine thesaurarii. ||

z) *Segue* nego *cancellato.* *a*) *Segue* Philibertum *cancellato.* *b*) *Segue* ex camb *cancellato.* *c*) domino ... prothonotario *aggiunto con postilla autografa alla fine della ‹congregatio›.* *d*) *Segue* protho presente *cancellato.* *e*) *Segue* cum consensu *cancellato.*

25/5.

1532, settembre 21. [Torino].

XXIa septembris, in presentia illustrissime domine, presentibus dominis cancellario, presidibus Pedemontium, patrimonialis, Balleysonis et Marsonax. f 4v

5 Spectabilis dominus collateralis Barata retulit executionem sue commissionis in Ast in sumendis informationibus super excessu perpetrato per illustrissimum de Vuascho in personam iudicis.

Fuit dictum quod merita hiis negotiis consistebant in tribus punctis; primum quoad restitutionem iudicis; secundum ut procedatur contra particu-
10 lares; tertium contra communitatem et quartum super formacionem iusticie.

Super primo, videlicet de restitucione iudicis, sunt opinionis quod illustrissima domina scribat duci Mediolani quod procedi faciat contra illustrissimum de Vuascho et quod mandentur informationes.

Super secundo, procedatur contra particulares et contra communitates.
15 Mandetur gubernator cum manu forti et evocetur Montafia, cui fiat demonstrantia de inobservantia per eum premissorum et inobedientia sua et arrestetur per tres menses aut plus.

Quod etiam evocetur prestiturus fidelitatem de negotio domini Iohannis Anthonii Falleti. Scribatur domino [f] Villafalletorum Monasterollii quod ve-
20 niant. ||

De fidelitate prestanda per dominum Philibertum ex marchionibus Ceve, qui se offert prestare illustrissime domine nostre tamquam comitisse Ast seu vicarie imperiali homagium, supplicando privilegia imperialia sibi concessa confirmari et observari et erit huc infra diem martis proximum; admictatur
25 ad prestationem, et cetera. f 5

De processibus inter dominum et eius fratrem, quorum neuter vult subire iudicium coram officiariis Astensibus. Facto homagio, providebitur iuxta hactenus solitum.

25/6.

30 1532, ottobre 21. [Torino].

Die vigesima prima octobris, in garda roba illustrissime domine domine [g] nostre, presentibus Balbo, prothonotario, [h] Cavorret et domino Alpignani.

In conspectu illustrissime domine nostre et illustrissimi domini principis Pedemontium, magnificus dominus Chabertus de Scallengiis prestitit fideli-

35 *f) Segue* Vellesa *cancellato.* *g) Segue* et *cancellato.* *h) Segue* Cavour *cancellato.*

tatem et homagium tamquam procurator et procuratorio nomine[i] et[l] nomine[m] magnifici domini Iohannis Guillelmi ex comitibus Valpergie et[n] dominis[o] Casteni prout de instrumento procure constat, || instrumento recepto per Iohannem Franciscum Gaspardum civem casalensem. Et hoc de quarta parte castri et loci Casteni pro indiviso et domus cum sortibus suis cum mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione cum clausulis opportunis.

f 5v · 5

i) tamquam ... nomine *aggiunto nell'interlineo.* *l) Precede* pro *cancellato.* *m) Segue* ung *cancellato.* *n) Segue* domnos *cancellato.* *o) Segue* vigore procure *cancellato.*

SPOGLIO SISTEMATICO

SECONDO LO SCHEMA DI CLASSIFICAZIONE DEGLI *ACTA ITALICA*

I numeri in corpo maggiore si riferiscono alle pagine; quelli in corpo minore alle righe.

ERRATUM

pagina	riga	nota	invece di:	si legga:
XXVII	18		appello	ricorso
XXVIII		60	seduca	seduta
XXXIII	26		Gran	Grand
XXXV		98	Baillivo	baillivo
XXXVII	25		grado di appello	via di ricorso
XXXVIII	9-10		suffi- viente	suffi- ciente
XXXVIII	12-13		av- cenute	av- venute
XLV	11		procollo	protocollo
XLVI	7-8		se, duta	se- duta
XLVI	8		usando-	usando,
6	5		Monteluxello	Montelupello
7	5		Monte Luxello	Montelupello
9	4		Bevost	Benost
9	7		Montis Luxelli	Montislupelli
10	27	*p*	da *Nel penultimo* a..secreti	fa parte della nota *q*
12	6		marsilliensi	Marsilliensi
34	9		Gastaud	gastaud
40	20		Chamberiaci	Charmoyaci
48	32	18	nota 18	nota 19
48	34	19	nota 19	nota 18
51	34	*n*	Espagne	Espaigne
124	15		le quel	lequel
144	11		[Torino]	Torino
152	3		Tubicerie thaurinenses	Tubicene thaurinensibus
168	9		advocatis	Advocatis
170	5		Purputato	Purpurato
171	13		scutifero Purpurati	scutifero, Purpurati
182	24		Aliciat	aliciat
187	35		Iohannis, Marci	Iohannis Marci
188	19		monasterio	Monasterio
200	26		dominico	Dominico
226	5		Stoxerii	Stoperii
227	3		V	$\bar{V}$
227	6		Iacobis	Iacobi
228	7		amistade	Amistade:
229	13		Garneri et alias	Garneriis alias

INDICI

INDICE ANALITICO

DEI NOMI DI PERSONA, DEI TOPONIMI, DELLE ISTITUZIONI E DEI FATTI STORICI

I numeri in corpo maggiore si riferiscono alle pagine; i nrmeri in corpo minore alle righe o, se sono seguiti dalla lettera n, alle note.

INDICE SOMMARIO

TAVOLE FUORI TESTO

La stampa di questo volume diciassettesimo della serie *ACTA ITALICA*, pubblicato dalla Fondazione italiana per la storia amministrativa,
è stata ultimata in Varese presso la
Società Tip. < Multa Paucis >
il 30 novembre 1969